Κέβητος Ἀθηναίου Πίναξ (ed. K. Prächter) **et Cebetis Tabula** (Versio Odaxii)

Διαλόγου πρόσωπα· Ξένος καὶ Πρεβύτης.	Colloquuntur hospes et senex.
I. [1] Ἐτυγχάνομεν περιπατοῦντες ἐν τῶι τοῦ Κρόνου ἱερῶι, ἐν ὧι πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἀναθήματα ἐθεωροῦμεν· ἀνέκειτο δὲ καὶ πίναξ τις ἔμπροσθεν τοῦ νεώ, ἐν ὧι ἦν γραφὴ ξένη τις καὶ μύθους ἔχουσα ἰδίους, οὓς οὐκ ἠδυνάμεθα συμβαλεῖν, τίνες καί ποτε ἦσαν. [2] οὔτε γὰρ πόλις ἐδόκει ἡμῖν εἶναι τὸ γεγραμμένον οὔτε στρατόπεδον, ἀλλὰ περίβολος ἦν ἐν αὑτῶι ἔχων ἑτέρους περιβόλους δύο, τὸν μὲν μείζω, τὸν δὲ ἐλάττω. ἦν δὲ καὶ πύλη ἐπὶ τοῦ πρώτου περιβόλου. πρὸς δὲ τῆι πύληι ὄχλος ἐδόκει ἡμῖν πολὺς ἐφεστάναι, καὶ ἔνδον δὲ ἐν τῶι περιβόλωι πλῆθός τι γυναικῶν ἑωρᾶτο. [3] ἐπὶ δὲ [τῆς εἰσόδου] τοῦ [πρώτου] πυλῶνος [καὶ περιβόλου] γέρων τις ἑστὼς ἔμφασιν ἐποίει ὡς προστάττων τι τῶι εἰσιόντι ὄχλωι.	1. Casu evenerat, ut in Saturni sacello deambularemus ubi cum pleraque alia consecrata, tum tabulam quandam pro templo positam intuebamur, in qua pictura quaedam erat peregrina, et quae peculiares fabulas contineret, quas conjicere non poteramus, quaenam tandem essent. Neque enim civitas, neque vallum pictura illa nobis esse videbatur. Ceterum muri ambitus erat qui duos alios ambitus amplectebatur; alterum majorem, minorem alterum. Porta etiam erat in primo ambitu, ubi nobis turba ingens insistere videbatur. Intra vero ambitum multitudo quaedam mulierum visebatur. Primi autem vestibuli et ambitus ingressum senex quidam occupabat, qui turbae ingredienti quasi imperare aliquid videbatur.
II. [1] Ἀπορούντων οὖν ἡμῶν περὶ τῆς μυθολογίας πρὸς ἀλλήλους πολὺν χρόνον πρεσβύτης τις παρεστώς, Οὐδὲν δεινὸν πάσχετε, ὦ ξένοι, ἔφη, ἀποροῦντες περὶ τῆς γραφῆς ταύτης. οὐδὲ γὰρ τῶν ἐπιχωρίων πολλοὶ οἴδασι, τί ποτε αὕτη ἡ μυθολογία δύναται· [2] οὐδὲ γάρ ἐστι πολιτικὸν ἀνάθημα· ἀλλὰ ξένος τις πάλαι ποτὲ ἀφίκετο δεῦρο, ἀνὴρ ἔμφρων καὶ δεινὸς περὶ σοφίαν, λόγωι τε καὶ ἔργωι Πυθαγόρειόν τινα καὶ Παρμενίδειον ἐζηλωκὼς βίον, ὃς τό τε ἱερὸν τοῦτο καὶ τὴν γραφὴν ἀνέθηκε τῶι Κρόνωι.	2. Cujus fabulae rationem nobis invicem addubitantibus, quidam natu grandior assistens, Nequaquam, inquit, hospites, absurde facitis, qui de pictura hac addubitetis. Non multi enim vel indigenae, quid hujus fabulae ratio valeat, intelligunt. Quippe quam non civis, sed peregrinus quidam dedicarit, qui huc jampridem advenerat; vir et magna prudentia et sapientia praeditus: qui cum sermone, tum opere quandam Pythagorae aut Parmenidis vitam fuerat aemulatus. Is utique sacellum et picturam hoc Saturno consecravit.
[3] Πότερον οὖν, ἔφην ἐγώ, καὶ αὐτὸν τὸν ἄνδρα γινώσκεις ἑωρακώς;	HOSPES. Utrum igitur, inquam ego, nosti etiam virum ipsum, vidistique?

Καὶ ἐθαύμασά γε, ἔφη, αὐτὸν πολυχρονιώτατον νεώτερος ὤν. πολλὰ γὰρ καὶ σπουδαῖα διελέγετο. τότε δὴ καὶ περὶ ταύτης [δὲ] τῆς μυθολογίας πολλάκις αὐτοῦ ἠκηκόειν διεξιόντος.	SENEX. Immo, inquit, eum multo tempore etiam sum admiratus, adolescens adhuc: multa quippe studiose disputabat: et ego hujusce praesertim fabulae rationem ex eo disserente saepius audieram.
III. [1] Πρὸς Διὸς τοίνυν, ἔφην ἐγώ, εἰ μή τις σοι μεγάλη ἀσχολία τυγχάνει οὖσα, διήγησαι ἡμῖν· πάνυ γὰρ ἐπιθυμοῦμεν ἀκοῦσαι, τί ποτέ ἐστιν ὁ μῦθος.	3. HOSPES. Per Jovem, inquam ego, nisi quaepiam magna occupatio te detinet, expone nobis. Audire enim magnopere concupiscimus, quidnam hoc fabulae sit.
Οὐδεὶς φθόνος, ὦ ξένοι, ἔφη. ἀλλὰ τουτὶ πρῶτον δεῖ ὑμᾶς ἀκοῦσαι, ὅτι ἐπικίνδυνόν τι ἔχει ἡ ἐξήγησις.	SENEX. Perlibenter, o hospites, inquit. Atqui hoc prius admonendi estis: periculi quippiam inesse huic expositioni.
Οἷον τί; ἔφην ἐγώ.	HOSPES. Quodnam? inquam ego.
Ὅτι εἰ μὲν προσέξετε, ἔφη, καὶ συνήσετε τὰ λεγόμενα, φρόνιμοι καὶ εὐδαίμονες ἔσεσθε, εἰ δὲ μή, ἄφρονες καὶ κακοδαίμονες καὶ πικροὶ καὶ ἀμαθεῖς γενόμενοι κακῶς βιώσεσθε. [2] ἔστι γὰρ ἡ ἐξήγησις ἐοικυῖα τῶι τῆς Σφιγγὸς αἰνίγματι, ὃ ἐκείνη προεβάλλετο τοῖς ἀνθρώποις. εἰ μὲν οὖν αὐτὸ συνίει τις, ἐσώζετο, εἰ δὲ μὴ συνίει, ἀπώλετο ὑπὸ τῆς Σφιγγός. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐξηγήσεως ἔχει ταύτης. ἡ γὰρ ἀφροσύνη τοῖς ἀνθρώποις Σφίγξ ἐστιν. [3] αἰνίττεται δὲ τάδε, τί ἀγαθόν, τί κακόν, τί οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακόν ἐστιν ἐν τῶι βίωι. ταῦτ᾽ οὖν ἐὰν μέν τις μὴ συνιῆι, ἀπόλλυται ὑπ᾽ αὐτῆς, οὐκ εἰσάπαξ, ὥσπερ ὁ ὑπὸ τῆς Σφιγγὸς καταβρωθεὶς ἀπέθνησκεν, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν ἐν ὅλωι τῶι βίωι καταφθείρεται καθάπερ οἱ ἐπὶ τιμωρίαι παραδιδόμενοι. [4] ἐὰν δέ τις γνῶι, ἀνάπαλιν ἡ μὲν ἀφροσύνη ἀπόλλυται, αὐτὸς δὲ σώζεται καὶ μακάριος καὶ εὐδαίμων γίνεται ἐν παντὶ τῶι βίωι. ὑμεῖς οὖν προσέχετε καὶ μὴ παρακούετε.	SENEX. Quoniam, inquit, si, quae dicuntur, attendetis, intelligetisque, prudentes atque felices evadetis: si minus; insipientiam, infortunium, calamitatem, atque ignorantiam consecuti male vitam degetis. Haec enim expositio Sphingis aenigmati, quod illa hominibus proponebat, persimilis est. Nam quicumque ipsum intellexerat, salutem; qui non intellexerat, exitium consequebatur. Eadem est hujus enarrationis conditio. Sphinx est enim hominibus ipsa Insipientia. Haec autem proponit, quid bonum, quid malum, quid neque bonum, neque malum in vita sit. Quae si quis minus intellexerit, ab ea interimitur; neque id semel, sicut is qui depastus a Sphinge moriebatur: sed per omnem vitam paullatim absumitur, tanquam perpetuis suppliciis addictus. Contra vero, si quis agnoverit, occidit Insipientia, atque salutem ipse consequitur, et beatus felixque per omnem vitam evadit. Quamobrem vos attendite, ac diligenter audite.

IV. [1] Ὦ Ἡράκλεις, ὡς εἰς μεγάλην τινὰ ἐπιθυμίαν ἐμβέβληκας ἡμᾶς, εἰ ταῦθ᾽ οὕτως ἔχει.	4. HOSPES. O Hercules, quam magnum nos in desiderium conjecisti! si haec ita se habent.
Ἀλλ᾽ ἔστιν, ἔφη, οὕτως ἔχοντα.	SENEX. Atqui ita se habent, inquit.
Οὐκ ἂν φθάνοις τοίνυν διηγούμενος ὡς ἡμῶν προσεξόντων οὐ παρέργως, ἐπείπερ καὶ τὸ ἐπιτίμιον τοιοῦτόν ἐστιν.	HOSPES. Nequaquam igitur nos oratio tua praeveniet attente audituros, quum praesertim hujusmodi et praemium et poena proponatur.
[2] Ἀναλαβὼν οὖν ῥάβδον τινὰ καὶ ἐκτείνας πρὸς τὴν γραφήν, Ὁρᾶτε, ἔφη, τὸν περίβολον τοῦτον;	SENEX. Sumpta itaque virga quadam et ad picturam intenta, Videtisne, inquit, ambitum hunc?
Ὁρῶμεν.	HOSPES. Videmus.
Τοῦτο πρῶτον δεῖ εἰδέναι ὑμᾶς, ὅτι καλεῖται οὗτος ὁ τόπος Βίος. καὶ ὁ ὄχλος ὁ πολὺς ὁ παρὰ τὴν πύλην ἐφεστὼς οἱ μέλλοντες εἰσπορεύεσθαι εἰς τὸν Βίον οὗτοί εἰσιν. [3] ὁ δὲ γέρων ὁ ἄνω ἑστηκὼς ἔχων χάρτην τινὰ ἐν τῆι χειρὶ καὶ τῆι ἑτέραι ὥσπερ δεικνύων τι, οὗτος Δαίμων καλεῖται· προστάττει δὲ τοῖς εἰσπορευομένοις, τί δεῖ αὐτοὺς ποιεῖν, ὡς ἂν εἰσέλθωσιν εἰς τὸν Βίον· δεικνύει δὲ ποίαν ὁδὸν αὐτοὺς δεῖ βαδίζειν, εἰ μέλλουσι σώζεσθαι ἐν τῶι Βίωι.	SENEX. Hoc imprimis animadvertere vos oportet: locum scilicet istum Vitam vocari. Turba porro illa ingens, quae portae insistit, hi sunt omnes in vitam aliquando ingressuri. Senex autem ille superiore loco stans, qui manu altera chartam quandam tenet, altera quiddam quasi demonstrat, is Genius appellatur. Hic imperat introeuntibus, quid eos agere oporteat, ut ad vitam ingrediantur; et qualem viam perrecturi sint, ostendit, ut salutem in vita consequantur.
V. [1] Ποίαν οὖν ὁδὸν κελεύει βαδίζειν ἢ πῶς; ἔφην ἐγώ.	5. HOSPES. Qualem igitur eos jubet vitam carpere, aut quo pacto? inquam ego.
Ὁρᾶις οὖν, εἶπε, παρὰ τὴν πύλην θρόνον τινὰ κείμενον κατὰ τὸν τόπον, καθ᾽ ὃν εἰσπορεύεται ὁ ὄχλος, ἐφ᾽ οὗ κάθηται γυνὴ πεπλασμένη τῶι ἤθει καὶ πιθανὴ φαινομένη, ἣ ἐν τῆι χειρὶ ἔχει ποτήριόν τι;	SENEX. Videsne, inquit, juxta portam solium quoddam eo loco constitutum, ubi turba ingreditur? in quo sedet suavibus moribus et fidem facile inveniens mulier, quae poculum manu tenet?
[2] Ὁρῶ. ἀλλὰ τίς ἐστιν αὕτη; ἔφην.	HOSPES. Video: sed quaenam haec est? interrogabam.
Ἀπάτη καλεῖται, φησίν, ἡ πάντας τοὺς ἀνθρώπους πλανῶσα.	SENEX. Fallacia, inquit, vocatur, quae mortales omnes seducit.

Εἶτα τί πράττει αὕτη;	HOSPES. Quid tum postea haec agit?
Τοὺς εἰσπορευομένους εἰς τὸν Βίον ποτίζει τῆι ἑαυτῆς δυνάμει.	SENEX. Ingredientes ad vitam de suo medicamento bibere compellit.
[3] Τοῦτο δὲ τί ἐστι τὸ ποτόν;	HOSPES. Quaenam vero haec est potio?
Πλάνος, ἔφη, καὶ ἄγνοια.	SENEX. Error, inquit, atque Ignorantia.
Εἶτα τί;	HOSPES. Quid tum postea?
Πιόντες τοῦτο πορεύονται εἰς τὸν Βίον.	SENEX. Ubi hanc ebiberunt, vitam ingrediuntur.
Πότερον οὖν πάντες πίνουσι τὸν πλάνον ἢ οὔ;	HOSPES. Nunquid omnes eum errorem bibunt, necne?
VI. [1] Πάντες πίνουσιν, ἔφη, ἀλλ᾿ οἱ μὲν πλεῖον, οἱ δὲ ἧττον. Ἔτι δὲ οὐχ ὁρᾶις ἔνδον τῆς πύλης πλῆθός τι γυναικῶν ἑτέρων παντοδαπὰς μορφὰς ἐχουσῶν;	6. SENEX. Omnes, inquit, bibunt: sed plus alii, minus. Non vides praeterea intra portam mulierum, multitudinem quandam, aspectus meretricum vados praeferentium ?
Ὁρῶ.	HOSPES. Video.
[2] Αὗται τοίνυν Δόξαι καὶ Ἐπιθυμίαι καὶ Ἡδοναὶ καλοῦνται. ὅταν οὖν εἰσπορεύηται ὁ ὄχλος, ἀναπηδῶσιν αὗται καὶ πλέκονται πρὸς ἕκαστον, εἶτα ἀπάγουσι.	SENEX. Istae igitur Opiniones et Concupiscentiae et Voluptates vocantur; qua turba ingrediente statim prosiliunt unumquemque amplectuntur, ac deinde abducunt.
Ποῦ δὲ ἀπάγουσιν αὐτούς;	HOSPES. Et quonam eos abducunt?
Αἱ μὲν εἰς τὸ σώζεσθαι, ἔφη, αἱ δὲ εἰς τὸ ἀπόλλυσθαι διὰ τὴν ἀπάτην.	SENEX. Aliae, inquit, ut salvent; aliae, ut per deceptionem interimant:
Ὦ δαιμόνιε, ὡς χαλεπὸν τὸ πόμα λέγεις.	HOSPES. O vir mirande, quam acerbam potionem dicis!
[3] Καὶ πᾶσαί γε, ἔφη, ἐπαγγέλλονται ὡς ἐπὶ τὰ βέλτιστα ἄξουσαι καὶ εἰς βίον εὐδαίμονα καὶ λυσιτελῆ. οἱ δὲ διὰ τὴν ἄγνοιαν καὶ τὸν πλάνον, ὃν πεπώκασι παρὰ τῆς Ἀπάτης, οὐχ εὑρίσκουσι ποία ἐστὶν ἡ ἀληθινὴ ὁδὸς ἡ ἐν τῶι Βίωι, ἀλλὰ πλανῶνται	SENEX. Atqui omnes, inquit, pollicentur, se eos ad optima quaeque, ad felicem atque conducibilem vitam esse perducturas. Illi vero per ignorantiam et errorem, quem ab ipsa Fallacia combiberunt, quaenam vera via sit in vita, non inveniunt: sed inconsulto errant,

εἰκῆ, ὥσπερ ὁρᾶις καὶ τοὺς πρότερον εἰσπορευομένους ὡς περιάγονται ὅποι ἂν τύχηι.	quemadmodum etiam eos, qui prius ingressi sunt, vides veluti vagantes fortuito.
VII. Ὁρῶ τούτους, ἔφην. ἡ δὲ γυνὴ ἐκείνη τίς ἐστιν ἡ ὥσπερ τυφλὴ καὶ μαινομένη τις εἶναι δοκοῦσα καὶ ἑστηκυῖα ἐπὶ λίθου τινὸς στρογγύλου;	7. HOSPES. Video, inquam, hos: sed mulier illa quaenam est, quae veluti caeca atque insana super lapide quodam rotundo consistere videtur?
Καλεῖται μέν, ἔφη, Τύχη· ἔστι δὲ οὐ μόνον τυφλὴ καὶ μαινομένη, ἀλλὰ καὶ κωφή.	SENEX. Fortuna, inquit, vocatur. Ea vero non solum caeca; sed insana etiam et surda est.
[2] Αὕτη οὖν τί ἔργον ἔχει;	HOSPES. Quaenam hujus sunt partes?
Περιπορεύεται πανταχοῦ, ἔφη· καὶ παρ᾽ ὧν μὲν ἁρπάζει τὰ ὑπάρχοντα καὶ ἑτέροις δίδωσι· παρὰ δὲ τῶν αὐτῶν πάλιν ἀφαιρεῖται παραχρῆμα ἃ δέδωκε καὶ ἄλλοις δίδωσιν εἰκῆ καὶ ἀβεβαίως. διὸ καὶ τὸ σημεῖον καλῶς μηνύει τὴν φύσιν αὐτῆς.	SENEX. Obambulat, inquit, quocumque gentium, et aliis quidem facultates eripit, aliis tradit; ab eisdemque rursus aufert illico, quae tradiderat, atque aliis temere instabiliterque concedit. Quapropter ex eo argumento ipsius ingenium facile indicatur.
[3] Ποῖον τοῦτο; ἔφην ἐγώ.	HOSPES. Qualenam hoc est? inquam ego.
Ὅτι ἐπὶ λίθου στρογγύλου ἕστηκεν.	SENEX. Quoniam in rotundo lapide consistit.
Εἶτα τί τοῦτο σημαίνει;	HOSPES. Quid tunc ex re significatur?
Οὐκ ἀσφαλὴς οὐδὲ βεβαία ἐστὶν ἡ παρ᾽ αὐτῆς δόσις. ἐκπτώσεις γὰρ μεγάλαι καὶ σκληραὶ γίνονται, ὅταν τις αὐτῆι πιστεύσηι.	SENEX. Quod parum certa atque instabilia sunt illius munera. Calamitates enim magnae et durae oriuntur, ubi quis in ea fidem collocarit.
VIII. [1] Ὁ δὲ [τῶν ἀνθρώπων] πολὺς ὄχλος οὗτος ὁ περὶ αὐτὴν ἑστηκὼς τί βούλεται καὶ τίνες καλοῦνται;	8. HOSPES. Turba vero haec ingens, quae eam circumstat, quid sibi vult, et quinam vocantur?
Καλοῦνται μὲν οὗτοι ἀπροβούλευτοι· αἰτοῦσι δὲ ἕκαστος αὐτῶν ἃ ῥίπτει.	SENEX. Vocantur hi quidem Inconsulti, quorum nemo non petit, quae projicit illa.

Πῶς οὖν οὐχ ὁμοίαν ἔχουσι τὴν μορφήν, ἀλλ᾽ οἱ μὲν αὐτῶν δοκοῦσι χαίρειν, οἱ δὲ ἀθυμοῦσιν ἐκτετακότες τὰς χεῖρας;	HOSPES. Cur vero aspectu haudquaquam simili sunt, sed eorum alii gaudere, alii sublatis manibus tristari videntur?
[2] Οἱ μὲν δοκοῦντες, ἔφη, χαίρειν καὶ γελᾶν αὐτῶν οἱ εἰληφότες τι παρ᾽ αὐτῆς εἰσιν· οὗτοι δὲ καὶ ἀγαθὴν Τύχην αὐτὴν καλοῦσιν. οἱ δὲ δοκοῦντες κλαίειν [καὶ ἐκτετακότες] εἰσὶ παρ᾽ ὧν ἀφείλετο ἃ δέδωκε πρότερον αὐτοῖς. οὗτοι δὲ πάλιν αὐτὴν κακὴν Τύχην καλοῦσι.	SENEX. Quicumque, inquit, eorum gaudere ac ridere videntur, hi sunt qui a Fortuna quippiam acceperunt, a quibus etiam Bona Fortuna nuncupatur. Qui vero flere ac manus protendere videntur, hi sunt a quibus abstulit, quae tradiderat antea, a quibus Fortuna Mala nominatur.
[3] Τίνα οὖν ἐστιν ἃ δίδωσιν αὐτοῖς, ὅτι οὕτως οἱ μὲν λαμβάνοντες χαίρουσιν, οἱ δὲ ἀποβάλλοντες κλαίουσι;	HOSPES. Et quaenam sunt quae illis elargitur, propter quae tantopere, quum accipiunt, laetantur; quum amittunt, lugent?
Ταῦτα, ἔφη, ἃ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις δοκεῖ εἶναι ἀγαθά.	SENEX. Haec, inquit, ea sunt, quae a plerisque hominibus bona existimantur.
Ταῦτα οὖν τίνα ἐστί;	HOSPES. Et quaenam sunt ea?
[4] Πλοῦτος δηλονότι καὶ δόξα καὶ εὐγένεια καὶ τέκνα καὶ τυραννίδες καὶ βασιλεῖαι καὶ τἆλλα ὅσα τούτοις παραπλήσια.	SENEX. Divitiae scilicet, et gloria, et nobilitas, et liberi, et tyrannides, et regna, et alia quaecunque id genus.
Ταῦτα οὖν πῶς οὐκ ἔστιν ἀγαθά;	HOSPES. Haec autem nunquid bona non sunt?
Περὶ μὲν τούτων, ἔφη, καὶ αὖθις ἐκποιήσει διαλέγεσθαι, νῦν δὲ περὶ τὴν μυθολογίαν γινώμεθα.	SENEX. De his quidem, inquit, deinceps disserere licebit: nunc circa fabulae narrationem versemur.
Ἔστω οὕτως.	HOSPES. Ita, inquit, sit.
IX. [1] Ὁρᾷς οὖν, ὡς ἂν παρέλθῃς τὴν πύλην ταύτην, ἀνωτέρω ἄλλον περίβολον καὶ γυναῖκας ἔξω τοῦ περιβόλου ἑστηκυίας κεκοσμημένας ὥσπερ ἑταῖραι εἰώθασι;	9. SENEX. Vides igitur, ubi portam hanc praeterieris, ambitum alterum superiorem; mulieresque extra ambitum collocatas, meretricio ornatu insignes?
Καὶ μάλα.	HOSPES. Sane quidem.

Αὗται τοίνυν ἡ μὲν Ἀκρασία καλεῖται, ἡ δὲ Ἀσωτία, ἡ δὲ Ἀπληστία, ἡ δὲ Κολακεία.	SENEX. Ex his haec Incontinentia, haec Luxuria, haec Avaritia; haec Assentatio nuncupatur.
[2] Τί οὖν ὧδε ἑστήκασιν αὗται;	HOSPES. Quid hic potissimum astant?
Παρατηροῦσιν, ἔφη, τοὺς εἰληφότας τι παρὰ τῆς Τύχης.	SENEX. Eos, inquit; observant, qui a fortuna quippiam acceperunt.
Εἶτα τί;	HOSPES. Quid tum deinde?
Ἀναπηδῶσι καὶ συμπλέκονται αὐτοῖς καὶ κολακεύουσι καὶ ἀξιοῦσι παρ᾽ αὐταῖς μένειν λέγουσαι ὅτι βίον ἕξουσιν ἡδύν τε καὶ ἄπονον καὶ κακοπάθειαν ἔχοντα οὐδεμίαν. [3] ἐὰν οὖν τις πεισθῆι ὑπ᾽ αὐτῶν εἰσελθεῖν εἰς τὴν Ἡδυπάθειαν, μέχρι μέν τινος ἡδεῖα δοκεῖ εἶναι ἡ διατριβή, ἕως ἂν γαργαλίζηι τὸν ἄνθρωπον, εἶτ᾽ οὐκέτι. ὅταν γὰρ ἀνανήψηι, αἰσθάνεται ὅτι οὐκ ἤσθιεν, ἀλλ᾽ ὑπ᾽ αὐτῆς κατησθίετο καὶ ὑβρίζετο. [4] διὸ καὶ ὅταν ἀναλώσηι πάντα ὅσα ἔλαβε παρὰ τῆς Τύχης, ἀναγκάζεται ταύταις ταῖς γυναιξὶ δουλεύειν καὶ πάνθ᾽ ὑπομένειν καὶ ἀσχημονεῖν καὶ ποιεῖν ἕνεκεν τούτων πάντα ὅσα ἐστὶ βλαβερά, οἷον ἀποστερεῖν, ἱεροσυλεῖν, ἐπιορκεῖν, προδιδόναι, ληΐζεσθαι καὶ πάνθ᾽ ὅσα τούτοις παραπλήσια. ὅταν οὖν πάντα αὐτοῖς ἐπιλίπηι, παραδίδονται τῆι Τιμωρίαι.	SENEX. Exsiliunt atque amplexantur eos, et adulantur, et ut penes se maneant, obtestantur; vitam jucundam atque labore omni et. incommodo vacuam illis affore promittentes. Si quis itaque persuasus earum blanditiis eo se contulerit; tantisper illi suavis videtur ea conversatio, quoad hominem titillaverit deliniveritque; postea secus. Ubi enim resipiscere coeperit, tum demum ab ea se non tam oblectatum, quam absumptum et contumeliis affectum intelligit. Quo fit ut, quum omnia dilapidarit quae a fortuna fuerat consecutus, tunc illis mulieribus inservire atque inhonesta omnia sustinere, et turpia quaeque ac perniciosa illarum gratia cogatur admittere, veluti furtum, sacrilegium, perjurium, proditionem, depraedationem, et quaecunque his similia. Ubi Vero eos omnia defecerint, Punitioni addicuntur.
X. [1] Ποία δέ ἐστιν αὕτη;	10. HOSPES. Et quaenam haec est?
Ὁρᾶις ὀπίσω τι, ἔφη, αὐτῶν ἄνω ὥσπερ θυρίον μικρὸν καὶ τόπον στενόν τινα καὶ σκοτεινόν;	SENEX. Videsne retro eas quoddam veluti ostiolum, locumque pariter angustum et tenebrosum?
[Καὶ μάλα.]	HOSPES. Sane quidem.
Οὐκοῦν καὶ γυναῖκες αἰσχραὶ καὶ ῥυπαραὶ καὶ ῥάκη ἠμφιεσμέναι δοκοῦσι συνεῖναι;	SENEX. Ergo etiam mulieres turpes ac sordidae, et pannis indutae, tibi conspiciuntur cum illis versantes?

[2] Καὶ μάλα.	HOSPES. Sane.
Αὗται τοίνυν, ἔφη, ἡ μὲν τὴν μάστιγα ἔχουσα καλεῖται Τιμωρία, ἡ δὲ τὴν κεφαλὴν ἐν τοῖς γόνασιν ἔχουσα Λύπη, ἡ δὲ τὰς τρίχας τίλλουσα ἑαυτῆς Ὀδύνη.	SENEX. Ex his igitur, inquit, quae flagellum tenet, Punitio nuncupatur: quae caput intra genua habet, Tristitia quae Vero capillos suos evellit, Dolor.
[3] Ὁ δὲ ἄλλος οὗτος ὁ παρεστηκὼς αὐταῖς δυσειδής τις καὶ λεπτὸς καὶ γυμνός, καὶ μετ᾽ αὐτοῦ τις ἄλλη ὁμοία αὐτῶι αἰσχρὰ καὶ λεπτή, τίς ἐστιν;	HOSPES. Hic alius vero, qui deformitatem, macilentiam, et nuditatem praeferens, juxta eas accubat; et cum eo quaedam similis illi, turpis et macilenta, quinam sunt?
Ὁ μὲν Ὀδυρμὸς καλεῖται, ἔφη, ἡ δὲ Ἀθυμία, ἀδελφὴ δ᾽ ἐστὶν αὕτη αὐτοῦ. [4] τούτοις οὖν παραδίδοται καὶ μετὰ τούτων συμβιοῖ τιμωρούμενος· εἶτα ἐνταῦθα πάλιν εἰς τὸν ἕτερον οἶκον ῥίπτεται, εἰς τὴν Κακοδαιμονίαν, καὶ ὧδε τὸν λοιπὸν βίον καταστρέφει ἐν πάσηι κακοδαιμονίαι, ἂν μὴ ἡ Μετάνοια αὐτῶι ἐπιτύχηι ἐκ προαιρέσεως συναντήσασα.	SENEX. Hunc sane, inquit, Luctum appellant, illam vero ipsius sororem, Moestitiam. His itaque traditur, et eorum contubernio cruciatur. Post denuo in aliud Infelicitatis domicilium traditur, atque ita reliquam vitam in omni miseria traducit; nisi Poenitentia eum adierit, consulto occurrens.
XI. [1] Εἶτα τί γίνεται, ἐὰν ἡ Μετάνοια αὐτῶι συναντήσηι;	11. HOSPES. Quid tum postea contingit, si Poenitentia illi obviam fuerit?
Ἐξαιρεῖ αὐτὸν ἐκ τῶν κακῶν καὶ συνίστησιν αὐτῶι ἑτέραν Δόξαν [καὶ Ἐπιθυμίαν] τὴν εἰς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν ἄγουσαν, ἅμα δὲ καὶ τὴν εἰς τὴν Ψευδοπαιδείαν καλουμένην.	SENEX. Eripit eum ex infortuniis, et alteram illi Opinionem alterumque Desiderium addit comites, quae ipsum ad Veram Disciplinam perducunt, sed simul etiam ad illam, quae Falsa Disciplina nuncupatur.
[2] Εἶτα τί γίνεται;	HOSPES. Quid fit deinde?
Ἐὰν μέν, φησί, τὴν Δόξαν ταύτην προσδέξηται τὴν ἄξουσαν αὐτὸν εἰς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν, καθαρ θεὶς ὑπ᾽ αὐτῆς σώζεται καὶ μακάριος καὶ εὐδαίμων γίνεται ἐν τῶι βίωι· εἰ δὲ μή, πάλιν πλανᾶται ὑπὸ τῆς Ψευδοδοξίας.	SENEX. Si, inquit, eam Opinionem susceperit, quae ad Veram Disciplinam pervehat, ab ea mundatus expiatusque salutem, beatitudinem, felicitatem in universa vita lucratur: si secus, denuo a Falsa illa Opinione seducitur.

XII. [1] Ὦ Ἡράκλεις, ὡς μέγας ὁ κίνδυνος ἄλλος οὗτος. ἡ δὲ Ψευδοπαιδεία ποία ἐστίν; ἔφην ἐγώ.	HOSPES. O Hercules! quam magnum est hoc aliud discrimen! Haec autem, inquam ego, Falsa Disciplina quaenam est?
Οὐχ ὁρᾷς τὸν ἕτερον περίβολον ἐκεῖνον;	SENEX. Nonne vides alterum illum ambitum?
[2] Καὶ μάλα, ἔφην ἐγώ.	HOSPES. Video, inquam ego.
Οὐκοῦν ἔξω τοῦ περιβόλου παρὰ τὴν εἴσοδον γυνή τις ἕστηκεν, ἣ δοκεῖ πάνυ καθάριος καὶ εὔτακτος εἶναι;	SENEX. Atque extra ambitum in vestibulo mulier quaedam assistit, quae munditiem decentiamque non mediocrem praetendit?
Καὶ μάλα.	HOSPES. Sane, inquam.
[3] Ταύτην τοίνυν οἱ πολλοὶ καὶ εἰκαῖοι τῶν ἀνδρῶν Παιδείαν καλοῦσιν· οὐκ ἔστι δέ, ἀλλὰ Ψευδοπαιδεία, ἔφη. οἱ μέν τοι σωζόμενοι ὁπόταν βούλωνται εἰς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν ἐλθεῖν, ὧδε πρῶτον παραγίνονται.	SENEX. Hanc igitur, inquit, plerique homines et vulgus vocant Disciplinam: non est autem, sed Falsa potius Disciplina. Huc sane se prius applicant qui salvi fiunt, ubi ad Veram Disciplinam pervenire voluerint.
Πότερον οὖν ἄλλη ὁδὸς οὐκ ἔστιν ἐπὶ τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν ἄγουσα;	HOSPES. Nunquid alius ad Veram Disciplinam aditus non patet?
[Οὐκ] ἔστιν, ἔφη.	SENEX. Patet, inquit.
XIII. [1] Οὗτοι δὲ οἱ ἄνθρωποι οἱ ἔσω τοῦ περιβόλου ἀνακάμπτοντες τίνες εἰσίν;	HOSPES. Hi vero intra ambitum obambulantes; quinam sunt homines?
Οἱ τῆς Ψευδοπαιδείας, ἔφη, ἐρασταὶ ἠπατημένοι καὶ οἰόμενοι μετὰ τῆς ἀληθινῆς Παιδείας συνομιλεῖν.	SENEX. Falsae, inquit, Disciplinae sunt amatores decepti, seque opinantes Verae Disciplinae contubernio frui.
Τίνες οὖν καλοῦνται οὗτοι;	HOSPES. Et quinam vocantur hi?
[2] Οἱ μὲν ποιηταί, ἔφη, οἱ δὲ ῥήτορες, οἱ δὲ διαλεκτικοί, οἱ δὲ μουσικοί, οἱ δὲ ἀριθμητικοί, οἱ δὲ γεωμέτραι, οἱ δὲ ἀστρολόγοι, οἱ δὲ κριτικοί, οἱ δὲ ἡδονικοί, οἱ	SENEX. Alii, inquit, Poetae, alii Oratores, alii Dialectici, alii Musici, alii Arithmetici, alii Geometrae, alii Astrologi, alii Voluptuarii, alii Doctores

δὲ περιπατητικοὶ καὶ ὅσοι ἄλλοι τούτοις εἰσὶ παραπλήσιοι.	in xystis, alii Critici, et quicunque ejusmodi aunt.
XIV. [1] Αἱ δὲ γυναῖκες ἐκεῖναι αἱ δοκοῦσαι περιτρέχειν ὅμοιαι ταῖς πρώταις, ἐν αἷς ἔφης εἶναι τὴν Ἀκρασίαν [καὶ αἱ ἄλλαι αἱ μετ᾽ αὐτῶν] τίνες εἰσίν;	14. HOSPES. Illae autem mulieres, quae videntur circumcurrere, prioribus illis similes, in quibus Incontinentiam affirmabas, et reliquae una cum illis, quaenam sunt?
Αὐταὶ ἐκεῖναί εἰσιν, ἔφη.	SENEX. Illae ipsae sunt, inquit.
[2] Πότερον οὖν καὶ ὧδε εἰσπορεύονται;	HOSPES. Nunquid etiam huc ingrediuntur?
Νὴ Δία καὶ ὧδε, σπανίως δὲ καὶ οὐχὶ ὥσπερ ἐν τῶι πρώτωι περιβόλωι.	SENEX. Ita per Jovem, etiam huc: sed raro, et non quemadmodum in primum ambitum.
Πότερον οὖν καὶ αἱ Δόξαι; ἔφην.	HOSPES. Nunquid etiam Opiniones?
[3] Μένει γὰρ καὶ ἐν τούτοις τὸ πόμα, ὃ ἔπιον παρὰ τῆς Ἀπάτης, καὶ ἡ ἄγνοια μένει [ἐν τούτοις νὴ Δία] καὶ μετ᾽ αὐτῆς γε ἡ ἀφροσύνη, καὶ οὐ μὴ ἀπέλθηι ἀπ᾽ αὐτῶν οὔθ᾽ ἡ δόξα οὔθ᾽ ἡ λοιπὴ κακία μέχρι ἂν ἀπογνόντες τῆς Ψευδοπαιδείας εἰσέλθωσιν εἰς τὴν ἀληθινὴν ὁδὸν καὶ πίωσι τὰς τούτων καθαρτικὰς δυνάμεις. [4] εἶτα ὅταν καθαρθῶσι καὶ ἐκβάλωσι τὰ κακὰ πάνθ᾽ ὅσα ἔχουσι καὶ τὰς δόξας καὶ τὴν ἄγνοιαν καὶ τὴν λοιπὴν κακίαν πᾶσαν, τότε ἂν οὕτω σωθήσονται. ὧδε δὲ μένοντες παρὰ τῆι Ψευδοπαιδείαι οὐδέποτε ἀπολυθήσονται οὐδὲ ἐλλείψει αὐτοὺς κακὸν οὐδὲν ἕνεκα τούτων τῶν μαθημάτων.	SENEX. Ita, inquit. Manet enim et in his adhuc potio, quam a Fallacia biberunt; et Ignorantia manet quoque, per Jovem, in his, insimulque etiam Insipientia: neque ab Opinione ac reliquis Malis evadent, priusquam repudiata Falsa Disciplina, veracem viam ingressi fuerint, et purgatoriam eorum medicamenta biberint. Deinde, quando purgati, mala omnia, quibus involvuntur, et opiniones ignorantiam, et reliquam omnem Pravitatem abjecerint, tum demum ita salvi et incolumes erunt. Verum manent in Falsae Disciplinae commercio, non unquam liberari poterunt; neque horum studiorum gratia ullum ab ipsis malum recedet.
XV. [1] Ποία οὖν αὕτη ἡ ὁδός ἐστιν ἡ φέρουσα ἐπὶ τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν; [ἔφην].	15. HOSPES. Et quaenam haec est via, quae ad Veram Disciplinam fert? inquam ego.
Ὁρᾶις ἄνω, ἔφη, τόπον τινὰ ἐκεῖνον, ὅπου οὐδεὶς ἐπικατοικεῖ, ἀλλ᾽ ἔρημος δοκεῖ εἶναι;	SENEX. Vides, inquit, locum illum superiorem, ubi nullus inhabitat; sed solitudo ingens esse videtur?

Ὁρῶ.	HOSPES. Video.
[2] Οὐκοῦν καὶ θύραν τινὰ μικρὰν καὶ ὁδόν τινα πρὸ τῆς θύρας, ἥτις οὐ πολὺ ὀχλεῖται, ἀλλ᾿ ὀλίγοι πάνυ πορεύονται ὥσπερ δι᾿ ἀνοδίας τινὸς καὶ τραχείας καὶ πετρώδους εἶναι δοκούσης;	SENEX. Praeterea januam quandam pusillam, ante quam via quaedam est, quae non multum admodum frequentatur; quippe quam pauci admodum terunt, quod invia et aspera et saxosa videatur?
Καὶ μάλα, ἔφην.	HOSPES. Sane, inquam.
[3] Οὐκοῦν καὶ βουνός τις ὑψηλὸς δοκεῖ εἶναι καὶ ἀνάβασις στενὴ πάνυ καὶ κρημνοὺς ἔχουσα ἔνθεν καὶ ἔνθεν βαθεῖς.	SENEX. Collis praeterea quidam excelsus apparet; ad eumque angustua admodum adscensus , et qui multa profunda hinc inde praecipitia offerat?
Ὁρῶ.	HOSPES. Video.
Αὕτη τοίνυν ἐστὶν ἡ ὁδὸς, ἔφη, ἡ ἄγουσα πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν.	SENEX. Haec igitur, inquit, via est, quae ad Veram Disciplinam ducit.
[4] Καὶ μάλα γε χαλεπὴ προσιδεῖν.	HOSPES. Aspectu quidem inprimis formidolosa.
Οὐκοῦν καὶ ἄνω ἐπὶ τοῦ βουνοῦ ὁρᾷς πέτραν τινὰ μεγάλην καὶ ὑψηλὴν καὶ κύκλωι ἀπόκρημνον;	SENEX. Porro circa collis superiorem partem, saxum ingens et praealtum usquequaque praeruptum vides?
Ὁρῶ, ἔφην.	HOSPES. Video, inquam.
XVI. [1] Ὁρᾷς οὖν καὶ γυναῖκας δύο ἑστηκυίας ἐπὶ τῆς πέτρας λιπαρὰς καὶ εὐεκτούσας τῶι σώματι, ὡς ἐκτετάκασι τὰς χεῖρας προθύμως;	16. SENEX. Vides praeterea mulieres duas supra saxum constitutas, pulchritudine atque habitudine corporis excellentes; ac manus perquam alacriter protendentes?
Ὁρῶ, ἀλλὰ τίνες καλοῦνται, ἔφην, αὗται;	HOSPES. Video: sed quaenam, inquam, vocantur?
[2] Ἡ μὲν Ἐγκράτεια καλεῖται, ἔφη, ἡ δὲ Καρτερία· εἰσὶ δὲ ἀδελφαί.	SENEX. Altera, inquit, Continentia, altera Constantia nuncupatur: sunt autem germanae.
Τί οὖν τὰς χεῖρας ἐκτετάκασι προθύμως οὕτως;	HOSPES. Curnam igitur manus tam alacriter protendunt ?

[3] Παρακαλοῦσιν, ἔφη, τοὺς παραγινομένους ἐπὶ τὸν τόπον θαρρεῖν καὶ μὴ ἀποδειλιᾶν λέγουσαι ὅτι βραχὺ ἔτι δεῖ καρτερῆσαι αὐτοὺς, εἶτα ἥξουσιν εἰς ὁδὸν καλήν.	SENEX. Hortantur, inquit, eos qui ad eum locum veniunt , ut bono animo atque intrepido sint, admonentque ut paululum quippiam adhuc sustineant: venturos enim paullo post ad pulcherrimam viam.
[4] Ὅταν οὖν παραγένωνται ἐπὶ τὴν πέτραν, πῶς ἀναβαίνουσιν; ὁρῶ γὰρ ὁδὸν φέρουσαν οὐδεμίαν ἐπ᾽ αὐτάς.	HOSPES. Ubi vero ad saxum pervenerint, quomodo ascendunt? nullam enim eo ferentem viam animadverto.
Αὗται ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ προσκαταβαίνουσι καὶ ἕλκουσιν αὐτοὺς ἄνω πρὸς αὑτάς, εἶτα κελεύουσιν αὐτοὺς διαναπαύσασθαι. [5] καὶ μετὰ μικρὸν διδόασιν ἰσχὺν καὶ θάρσος καὶ ἐπαγγέλλονται αὐτοὺς καταστήσειν πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν καὶ δεικνύουσιν αὐτοῖς τὴν ὁδόν, ὡς ἔστι καλή τε καὶ ὁμαλὴ καὶ εὐπόρευτος καὶ καθαρὰ παντὸς κακοῦ, ὥσπερ ὁρᾶις.	SENEX. Hae mulieres a praecipitio illo descendunt, eosque sursum ad se trahunt. Deinde recreari et quiescere jubent, ac paullo post Fortitudinem Audaciamque addunt; eosque ad Veram Disciplinam deducere se profitentur, et viam ostendunt quam sit pulchra, quam plana, quam?pervia, quam nullis malis obnoxia , ut vides.
Ἐμφαίνει νὴ Δία.	HOSPES. Ita, per Jovem, videtur.
XVII. [1] Ὁρᾶις οὖν, ἔφη, καὶ ἔμπροσθεν τοῦ ἄλσους ἐκείνου τόπον τινά, ὃς δοκεῖ καλός τε εἶναι καὶ λειμωνοειδὴς καὶ φωτὶ πολλῶι καταλαμπόμενος;	17. SENEX. Videsne, inquit, ante illud nemus locum quendam, qui pulchritudinem amoenitatemque pratorum praefert, multoque lumine collustratur?
Καὶ μάλα.	HOSPES. Sane video.
[2] Κατανοεῖς οὖν ἐν μέσωι τῶι λειμῶνι περίβολον ἕτερον καὶ πύλην ἑτέραν;	SENEX. Animadvertis igitur in prati meditullio ambitum alium et portam aliam?
Ἔστιν οὕτως. ἀλλὰ τίς καλεῖται ὁ τόπος οὗτος;	HOSPES. Ita sane: sed quonam pacto locus hic nuncupatur?
[3] Εὐδαιμόνων οἰκητήριον, ἔφη· ὧδε γὰρ διατρίβουσιν αἱ Ἀρεταὶ πᾶσαι καὶ ἡ Εὐδαιμονία.	SENEX. Fortunatorum, inquit, domicilium: hic enim Virtutes omnes et Felicitas versantur.

Εἶεν, ἔφην ἐγώ, ὡς καλὸν λέγεις τὸν τόπον εἶναι.	HOSPES. Esto, inquam ego, eam esse loci quam dicis pulchritudinem.
XVIII. [1] Οὐκοῦν παρὰ τὴν πύλην ὁρᾶις, ἔφη, ὅτι γυνή τις ἐστὶ καλὴ καὶ καθεστηκυῖα τὸ πρόσωπον, μέσηι δὲ καὶ κεκριμένηι ἤδη τῆι ἡλικίαι, στολὴν δ᾽ ἔχουσα ἁπλῆν τε καὶ ἀκαλλώπιστον; ἕστηκε δὲ οὐκ ἐπὶ στρογγύλου λίθου, ἀλλ᾽ ἐπὶ τετραγώνου ἀσφαλῶς κειμένου. [2] καὶ μετὰ ταύτης ἄλλαι δύο εἰσὶ θυγατέρες τινὲς δοκοῦσαι εἶναι.	18. SENEX. Quin, inquit, aspicis prope portam, quam formosa et constanti facie mulier adstet, media et stata jam aetate, stolam simplicem gestans et ornatus expertem eaque non in rotundo, sed in quadrato lapide secura et munita constitit. Duae praeterea sunt aliaa, quae tanquam filiae ejus esse videntur.
Ἐμφαίνει οὕτως ἔχειν.	HOSPES. Ita prorsus apparet.
Τούτων τοίνυν ἡ μὲν ἐν τῶι μέσωι Παιδεία ἐστίν, ἡ δὲ Ἀλήθεια, ἡ δὲ Πειθώ.	SENEX. Harum igitur quae medium locum tenet, Disciplina est; eam Veritas, et Persuasio comitatur.
[3] Τί δὲ ἕστηκεν ἐπὶ λίθου τετραγώνου αὕτη;	HOSPES. Cur autem haec quadrato lapidi potissimum insistit ?
Σημεῖον, ἔφη, ὅτι ἀσφαλής τε καὶ βεβαία ἡ πρὸς αὐτὴν ὁδός ἐστι τοῖς ἀφικνουμένοις καὶ τῶν διδομένων ἀσφαλὴς ἡ δόσις τοῖς λαμβάνουσι.	SENEX. Ex eo, inquit, arguitur, quod ad eam pervenientes secura et certa via proficiscuntur, et ab ea quae donantur, munus esse certum accipientibus.
[4] Καὶ τίνα ἐστίν, ἃ δίδωσιν αὕτη;	HOSPES. Et quaenam illis ab ea dono dantur?
Θάρσος καὶ ἀφοβία, ἔφη ἐκεῖνος.	SENEX. Confidentia, inquit, atque Animus imperterritus.
Ταῦτα δὲ τίνα ἐστίν;	HOSPES. Haec vero quaenam sunt?
Ἐπιστήμη, ἔφη, τοῦ μηδὲν ἄν ποτε δεινὸν παθεῖν ἐν τῶι βίωι.	SENEX. Scientia, inquit, per quam grave nihil in vita perpeti unquam posse se intelligunt.
XIX. [1] Ὦ Ἡράκλεις ὡς καλά, ἔφην, τὰ δῶρα. ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν οὕτως ἔξω τοῦ περιβόλου ἕστηκεν;	19. HOSPES. Quam praeclara, inquam, Hercule, munera! Sed quamobrem illa sic extra ambitum moratur?

Ὅπως τοὺς παραγινομένους, ἔφη, θεραπεύηι καὶ ποτίζηι τὴν καθαρτικὴν δύναμιν. εἶθ᾽ ὅταν καθαρθῶσιν, οὕτως εἰσάγει τούτους πρὸς τὰς Ἀρετάς.	SENEX. Ut, inquit; advenientes excipiat accurate, ac medicamentum illud purgatorium instillet: atque its purgatos et emendatos ad Virtutes introducit.
[2] Πῶς τοῦτο; ἔφην ἐγώ, οὐ γὰρ συνίημι.	HOSPES. Quonam pacto? inquam ego: non enim intelligo.
Ἀλλὰ συνήσεις, ἔφη. ὡς ἄν, εἴ τις φιλοτίμως κάμνων ἐτύγχανε, πρὸς ἰατρὸν ἂν δήπου γενόμενος πρότερον καθαρτικοῖς ἐξέβαλλε τὰ νοσοποιοῦντα, εἶτα οὕτως ἂν ὁ ἰατρὸς αὐτὸν εἰς ἀνάληψιν καὶ ὑγείαν κατέστησεν, [3] εἰ δὲ μὴ ἐπείθετο οἷς ἐπέταττεν, εὐλόγως ἂν δήπου ἀπωσθεὶς ἐξώλετο ὑπὸ τῆς νόσου. –	SENEX. At intelliges, inquit. Quemadmodum, si quis luxuriosus aegrotans medicum accersiverit, purgatoriis statim medicamentis aegritudinis causas eximit: atque ita demum a medico reparatus in sanitatem restituitur. Qui si medici praeceptis minus obtemperaverit, merito repudiatus ab ea aegritudine conficitur.
Ταῦτα μὲν συνίημι, ἔφην ἐγώ.	HOSPES. Haec intelligo, inquam ego.
[3] Τὸν αὐτὸν τοίνυν τρόπον, ἔφη, καὶ πρὸς τὴν Παιδείαν ὅταν τις παραγένηται, θεραπεύει αὐτὸν καὶ ποτίξει τῆι ἑαυτῆς δυνάμει, ὅπως ἐκκαθάρηι πρῶτον καὶ ἐκβάληι τὰ κακὰ πάντα ὅσα ἔχων ἦλθε.	SENEX. Eodem itaque pacto, ubi quis ad Disciplinam pervenerit, haec eum probe curat, et medicina sua irrorat, ut quamprimum mala omnia expurget ejiciatque, quibus adveniens implicabatur.
Ποῖα ταῦτα;	HOSPES. Quaenam haec?
[4] Τὴν ἄγνοιαν καὶ τὸν πλάνον, ὃν ἐπεπώκει παρὰ τῆς Ἀπάτης, καὶ τὴν ἀλαζονείαν καὶ τὴν ἐπιθυμίαν καὶ τὴν ἀκρασίαν καὶ τὸν θυμὸν καὶ τὴν φιλαργυρίαν καὶ τὰ λοιπὰ πάντα, ὧν ἀνεπλήσθη ἐν τῶι πρώτωι περιβόλωι.	SENEX. Ignorantiam, Errorem, quem apud Fallaciam biberat; Arrogantiam, Concupiscentiam, Intemperantiam, Furorem, Avaritiam, et reliqua omnia, quibus in primo ambitu fuerat repletus.
XX. [1] Ὅταν οὖν καθαρθῆι, ποῦ αὐτὸν ἀποστέλλει;	20. HOSPES. Ubi vero satis emundatus fuerit, quonam eum mittit?
Ἔνδον, ἔφη, πρὸς τὴν Ἐπιστήμην καὶ πρὸς τὰς ἄλλας Ἀρετάς.	SENEX. Intro, inquit, ad Scientiam, ceterasque Virtutes.
Ποίας ταύτας;	HOSPES. Quasnam eas ?

[2] Οὐχ ὁρᾶις, ἔφη, ἔσω τῆς πύλης χορὸν γυναικῶν, ὡς εὐειδεῖς δοκοῦσιν εἶναι καὶ εὔτακτοι καὶ στολὴν ἀτρύφερον καὶ ἁπλῆν ἔχουσιν· ἔτι τε ὡς ἄπλαστοί εἰσι καὶ οὐδαμῶς κεκαλλωπισμέναι καθάπερ αἱ ἄλλαι;	SENEX. Videsne intra portam coetum mulierum? quam formosae atque modestae videntur, nec nimis culto, sed simplici habitu praeditae , nihil in se aut fictum aut accuratios ornatum more aliarum praetendentes?
[3] Ὁρῶ, ἔφην. ἀλλὰ τίνες αὗται καλοῦνται;	HOSPES. Video, inquam. Sed quaenam hae vocantur?
Ἡ μὲν πρώτη Ἐπιστήμη, ἔφη, καλεῖται, αἱ δὲ ἄλλαι ταύτης ἀδελφαὶ Ἀνδρεία, Δικαιοσύνη, Καλοκἀγαθία, Σωφροσύνη, Εὐταξία, Ἐλευθερία, Ἐγκράτεια, Πραιότης.	SENEX. Prima inquit, Scientia nuncupatur: ceterae vero hujus germanae, sunt, Fortitudo , Justitia , Probitas, Temperantia, Modestia, Libertas , Continentia, Mansuetudo.
[4] Ὦ κάλλιστε, ἔφην ἔγωγε, ὡς ἐν μεγάληι ἐλπίδι ἐσμέν.	HOSPES. Heus, inquam, optime, quam magna in spe sumus! .
Ἐὰν συνῆτε, ἔφη, καὶ ἕξιν περιποιήσησθε ὧν ἀκούετε.	SENEX. Modo, inquit, intelligatis, et quae auditis, studiose percipiatis teneatisque.
Ἀλλὰ προσέξομεν, ἔφην ἔγωγε, ὡς μάλιστα.	HOSPES. Atqui, inquam ego, accurate ac diligenter attendemus.
Τοιγαροῦν, ἔφη, σωθήσεσθε.	SENEX. Salvi igitur, inquit, eritis.
XXI. [1] Ὅταν οὖν παραλάβωσιν αὐτὸν αὗται, ποῦ ἄγουσι;	21. HOSPES. Ubi ergo eum ipsae acceperint, quonam abducunt?
Πρὸς τὴν μητέρα, ἔφη.	SENEX. Ad matrem, inquit.
Αὕτη δὲ τίς ἐστιν;	HOSPES. Ea vero quaenam est?
Εὐδαιμονία, ἔφη.	SENEX. Felicitas, inquit.
Ποία δ᾽ ἐστὶν αὕτη;	HOSPES. Cujusmodi autem haec est?
[2] Ὁρᾶις τὴν ὁδὸν ἐκείνην τὴν φέρουσαν ἐπὶ τὸ ὑψηλὸν ἐκεῖνο, ὅ ἐστιν ἀκρόπολις τῶν περιβόλων πάντων;	SENEX. Videsne viam istam ad sublimem ilium verticem ferentem, quem omnes ambitus veluti arcem suam amplectuntur?

Ὁρῶ.	HOSPES. Video.
[3] Οὐκοῦν ἐπὶ τοῦ προπυλαίου γυνὴ καθεστηκυῖα εὐειδής τις κάθηται ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ κεκοσμημένη ἐλευθέρως καὶ ἀπεριέργως καὶ ἐστεφανωμένη στεφάνωι εὐανθεῖ πάνυ καλῶι;	SENEX. Ibi igitur mulier forma praecellens in vestibulo, constituta solium excelsum insidet, cultu non tam curioso quam liberali, corona florentissima et varia capiti imposita.
Ἐμφαίνει οὕτως.	HOSPES. Ita prorsus videtur.
Αὕτη τοίνυν ἐστὶν ἡ Εὐδαιμονία, ἔφη.	SENEX. Haec igitur, inquit, est Felicitas.
XXII. [1] Ὅταν οὖν ὧδέ τις παραγένηται, τί ποιεῖ;	22. HOSPES. Ubi igitur ad eam quispiam accesserit quid rerum gerit?
Στεφανοῖ αὐτόν, ἔφη, τῆι ἑαυτῆς δυνάμει ἥ τε Εὐδαιμονία καὶ αἱ ἄλλαι Ἀρεταὶ πᾶσαι ὥσπερ τοὺς νενικηκότας τοὺς μεγίστους ἀγῶνας.	SENEX. Ipsa, inquit, Felicitas sum potentiae suae corona circumdat, et reliquae omnes Virtutes; perinde ac maximorum certaminum victores coronari solent.
Καὶ ποίους ἀγῶνας νενίκηκεν αὐτός; ἔφην ἐγώ.	HOSPES. Et quaenam, inquam ego, certamina ipse vicit?
[2] Τοὺς μεγίστους, ἔφη, καὶ τὰ μέγιστα θηρία, ἃ πρότερον αὐτὸν κατήσθιε καὶ ἐκόλαζε καὶ ἐποίει δοῦλον, ταῦτα πάντα νενίκηκε καὶ ἀπέρριψεν ἀφ᾿ ἑαυτοῦ καὶ κεκράτηκεν ἑαυτοῦ, ὥστε ἐκεῖνα νῦν τούτωι δουλεύουσι, καθάπερ οὗτος ἐκείνοις πρότερον.	SENEX. Maxima, inquit, et maxima etiam monstra quae prius ipsum absumebant, affligebant atque in servitutem redigebant. Omnia haec devicit, ac longe ab se repressit, adeoque ipsum se superavit, ita ut huic illa nunc serviant, quibus ipse antea in servitutem redactus fuerat.
XXIII. [1] Ποῖα ταῦτα λέγεις θηρία; πάνυ γὰρ ἐπιποθῶ ἀκοῦσαι.	23. HOSPES. Quaenam haec monstra dicis ? audire enim admodum cupio.
Πρῶτον μέν, ἔφη, τὴν Ἄγνοιαν καὶ τὸν Πλάνον. ἢ οὐ δοκεῖ σοι ταῦτα θηρία;	SENEX. Inprimis, inquit, Ignorantiam et Errorem. An tibi monstra haec esse non videntur?
Καὶ πονηρά γε, ἔφην ἐγώ.	HOSPES. Imo teterrima inquam ego.
[2] Εἶτα τὴν Λύπην καὶ τὸν Ὀδυρμὸν καὶ τὴν Φιλαργυρίαν καὶ τὴν Ἀκρασίαν καὶ τὴν	SENEX. Deinde Tristitiam, Luctum, et Insolentiam, et Avaritiam, et Incontinentiam, et reliquam omnem

λοιπὴν ἅπασαν Κακίαν. πάντων τούτων κρατεῖ καὶ οὐ κρατεῖται ὥσπερ πρότερον.	Improbitatem. His omnibus non, ut antea, paret; sed jam imperat.
[3] Ὦ καλῶν ἔργων, ἔφην ἐγώ, καὶ καλλίστης νίκης. ἀλλ᾽ ἐκεῖνο ἔτι μοι εἰπέ· τίς ἡ δύναμις τοῦ στεφάνου, ὧι ἔφης ... στεφανοῦν αὐτόν;	HOSPES. O praeclara, inquam ego, facinora, et pulcherrimam victoriam! Illud autem mihi etiam expone, cujusmodi sit ejus coronae potentia, qua eum coronari dixisti?
[4] Εὐδαιμονική, ὦ νεανίσκε. ὁ γὰρ στεφανωθεὶς ταύτηι τῆι δυνάμει εὐδαίμων γίνεται καὶ μακάριος καὶ οὐκ ἔχει ἐν ἑτέροις τὰς ἐλπίδας τῆς εὐδαιμονίας, ἀλλ᾽ ἐν αὑτῶι.	SENEX. Beatifica, inquit, o adolescens. Qui enim fuerit ea potentia coronatus, et felix et beatus evadit; neque alibi quam in se ipso spem felicitatis reponit.
XXIV. [1] Ὡς καλὸν τὸ νίκημα λέγεις. ὅταν δὲ στεφανωθῆι, τί ποιεῖ ἢ ποῖ βαδίζει;	24. HOSPES. Quam praeclaram victoriam dicis! Ceterum coronatus quid agit, aut quo vadit?
[2] Ἄγουσιν αὐτὸν ὑπολαβοῦσαι αἱ Ἀρεταὶ πρὸς τὸν τόπον ἐκεῖνον, ὅθεν ἦλθε πρῶτον, καὶ δεικνύουσιν αὐτῶι τοὺς ἐκεῖ διατρίβοντας ὡς κακῶς διατρίβουσι καὶ ἀθλίως ζῶσι καὶ ὡς ναυαγοῦσιν ἐν τῶι βίωι καὶ πλανῶνται καὶ ἄγονται κατακεκρατημένοι ὥσπερ ὑπὸ πολεμίων, οἱ μὲν ὑπ᾽ Ἀκρασίας, οἱ δὲ ὑπ᾽ Ἀλαζονείας, οἱ δὲ ὑπὸ Φιλαργυρίας, ἕτεροι δὲ ὑπὸ Κενοδοξίας, οἱ δὲ ὑφ᾽ ἑτέρων Κακῶν. [3] ἐξ ὧν οὐ δύνανται ἐκλῦσαι ἑαυτοὺς τῶν δεινῶν, οἷς δέδενται, ὥστε σωθῆναι καὶ ἀφικέσθαι ὧδε, ἀλλὰ ταράττονται διὰ παντὸς τοῦ βίου. τοῦτο δὲ πάσχουσι διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὴν ἐνθάδε ὁδὸν εὑρεῖν· ἐπελάθοντο γὰρ τὸ παρὰ τοῦ Δαιμονίου πρόσταγμα.	SENEX. Suscipientes eum Virtutes ad illum locum ducunt, unde primum advenerat, eique commonstrant studia improborum; quam male degant, et misere vivant; quanta in vita naufragia patiantur; quantum aberrent; quam veluti hostium captivitatem perferant, alii Incontinentiae, alii Arrogantiae, alii Avaritiae, alii Inani Gloriae, alii aliis Malis inservientes; per quae a calamitatibus, quibus irretiti sunt, exsolvere se nequeunt, ut salventur et illo perveniant; sed in omni vita perturbantur. Atque hoc perpetiuntur, quod hanc viam invenire non possunt: mandatum enim a Genio traditum oblivioni mandaverunt.
XXV. [1] Ὀρθῶς μοι δοκεῖς λέγειν. ἀλλὰ καὶ τοῦτο πάλιν ἀπορῶ, διὰ τί δεικνύουσιν αὐτῶι τὸν τόπον ἐκεῖνον αἱ Ἀρεταί, ὅθεν ἥκει τὸ πρότερον.	25. HOSPES. Recte, inquam, dicere mihi videris; tametsi hoc rursus ambigo, curnam ei virtutes locum illum commonstrent, unde prius advenerat.
[2] Οὐκ ἀκριβῶς ἥιδει οὐδὲ ἠπίστατο, ἔφη, οὐδὲν τῶν ἐκεῖ, ἀλλ᾽ ἐνεδοίαζε καὶ διὰ τὴν ἄγνοιαν καὶ τὸν πλάνον, ὃν δὴ ἐπεπώκει, τὰ μὴ ὄντα ἀγαθὰ ἐνόμιζεν ἀγαθὰ εἶναι καὶ	SENEX. Nihil certi noverat, neque ullam eorum, quae ibi agerentur, scientiam tenebat; sed propter Ignorantiam atque Errorem, quem biberat, ambiguus haerebat et quae bona non erant, bona;

τὰ μὴ ὄντα κακὰ κακά. [3] διὸ καὶ ἔζη κακῶς, ὥσπερ οἱ ἄλλοι οἱ ἐκεῖ διατρίβοντες. νῦν δὲ ἀπειληφὼς τὴν ἐπιστήμην τῶν συμφερόντων αὐτός τε καλῶς ζῆι καὶ τούτους θεωρεῖ ὡς κακῶς πράσσουσιν.	quae mala non erant, mala existimabat. Quocirca male etiam vivebat, sicut alii plerique ibi deversantes. Nunc vero, percepta utilium et conducibilium rerum scientia, et ipse optimam vitam traducit, et illos, quam male agant, contemplatur.
XXVI. [1] Ἐπειδὰν οὖν θεωρήσηι πάντα, τί ποιεῖ ἢ ποῦ ἔτι βαδίζει;	26. HOSPES. Ubi igitur omnia fuerit contemplatus, quid agit, aut quo deinde tendit?
Ὅπου ἂν βούληται, ἔφη. πανταχοῦ γὰρ ἔστιν αὐτῶι ἀσφάλεια ὥσπερ τῶι τὸ Κωρύκιον ἄντρον ἔχοντι, καὶ πανταχοῦ, οὗ ἂν ἀφίκηται, πάντα καλῶς βιώσεται μετὰ πάσης ἀσφαλείας. ὑποδέξονται γὰρ αὐτὸν ἀσμένως πάντες καθάπερ τὸν ἰατρὸν οἱ πάσχοντες.	SENEX. Quo, inquit, ei collibitum fuerit. Ubique enim ei est securitas, perinde atque illi qui antrum Corycium tenet: et quocunque pervenerit, ibi tutissimus rectam vivendi rationem sequetur: omnes enim eum, tanquam aegroti medicum, libenter excipient.
[2] Πότερον οὖν κἀκείνας τὰς γυναῖκας, ἃς ἔφης θηρία εἶναι, οὐκέτι φοβεῖται, μή τι πάθηι ὑπ᾿ αὐτῶν;	HOSPES. Numquid igitur illas mulieres, quae monstra abs te dicebantur, amplius non veretur, ne quid ab eis detrimenti capiat?
Οὐ μὴ διοχληθήσεται οὐδὲν οὔτε ὑπὸ Ὀδύνης οὔτε ὑπὸ Λύπης οὔτε ὑπ᾿ Ἀκρασίας οὔτε ὑπὸ Φιλαργυρίας οὔτε ὑπὸ Πενίας οὔτε ὑπὸ ἄλλου Κακοῦ οὐδενός. [3] ἁπάντων γὰρ κυριεύει καὶ ἐπάνω πάντων ἐστὶ τῶν πρότερον αὐτὸν λυπούντων καθάπερ οἱ ἐχιοδεῖκται. τὰ γὰρ θηρία δήπου τὰ πάντας τοὺς ἄλλους κακοποιοῦντα μέχρι θανάτου ἐκείνους οὐ λυπεῖ διὰ τὸ ἔχειν ἀντιφάρμακον αὐτούς. οὕτω καὶ τοῦτον οὐκέτι οὐδὲν λυπεῖ διὰ τὸ ἔχειν ἀντιφάρμακον.	SENEX. Nihil penitus: qui neque Dolore, neque Tristitia, neque intemperantia, neque Avaritia, neque Paupertate, neque ullo alio incommodo vexetur. Omnibus enim imperat, et constitutus est supra omnes, a quibus antea premebatur, eorum instar qui viperas spectandas praebent: quae ferae, ceteris omnibus perniciem ac mortem afferentes, illis duntaxat innocuae sunt, quod vim veneno istarum contrariam possident. Ita ne huic quidem quippiam nocet, quia antipharmacum possidet.
XXVII. [1] Καλῶς ἐμοὶ δοκεῖς λέγειν. ἀλλ᾿ ἔτι τοῦτό μοι εἰπέ. τίνες εἰσὶν οὗτοι οἱ δοκοῦντες ἐκεῖθεν ἀπὸ τοῦ βουνοῦ παραγίνεσθαι; καὶ οἱ μὲν αὐτῶν ἐστεφανωμένοι ἔμφασιν ποιοῦσιν εὐφροσύνης τινός, οἱ δὲ ἀστεφάνωτοι λύπης καὶ ταραχῆς καὶ τὰς κνήμας καὶ τὰς κεφαλὰς	27. HOSPES. Recte dicere mihi videris. Sed haec etiam insuper expone: quinam sunt illi, qui istinc a colle advenire videntur; quorum alii coronati laetitiam quandam prae se ferunt, alii non coronati, dolorem et tumultum: praeterea tibias et capita contusa habere videntur, quum

δοκοῦσι τετρῖφθαι, κατέχονται δὲ ὑπὸ γυναικῶν τινων.	alioquin a quibusdam mulieribus detineantur?
[2] Οἱ μὲν ἐστεφανωμένοι οἱ σεσωσμένοι εἰσὶ πρὸς τὴν Παιδείαν καὶ εὐφραίνονται τετυχηκότες αὐτῆς. [3] οἱ δὲ ἀστεφάνωτοι οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι ὑπὸ τῆς Παιδείας ἀνακάμπτουσι κακῶς καὶ ἀθλίως διακείμενοι· οἱ δὲ ἀποδεδειλιακότες καὶ οὐκ ἀναβεβηκότες πρὸς τὴν Καρτερίαν πάλιν ἀνακάμπτουσι καὶ πλανῶνται ἀνοδίαι.	SENEX. Coronati sunt, inquit, qui sospites ad Disciplinam pervenerunt, eamque consecuti summopere laetantur. Incoronati vero, alii a Disciplina, quae de ita desperaverat, revertuntur, male ac misere degentes: alii metu perculsi, ac perterriti, postquam ad Constantiam usque escenderant, vestigia relegentes rursus errant in viis inviis.
[4] Αἱ δὲ γυναῖκες αἱ μετ᾿ αὐτῶν ἀκολουθοῦσαι τίνες εἰσὶν αὗται;	HOSPES. Quae vero mulieres eos sequuntur, quaenam sunt?
Λῦπαι, ἔφη, καὶ Ὀδύναι καὶ Ἀθυμίαι καὶ Ἀδοξίαι καὶ Ἄγνοιαι.	SENEX. Tristitiae, inquit, et Molestiae, et Anxietates, et Ignominiae, et Ignorantiae.
XXVIII. [1] Πάντα κακὰ λέγεις αὐτοῖς ἀκολουθεῖν.	28. HOSPES. Omnia igitur eos mala, ut dicis, sequuntur.
Νὴ Δία πάντα, ἔφη, ἐπακολουθοῦσιν. ὅταν δὲ οὗτοι παραγένωνται εἰς τὸν πρῶτον περίβολον πρὸς τὴν Ἡδυπάθειαν καὶ τὴν Ἀκρασίαν, [2] οὐχ ἑαυτοὺς αἰτιῶνται, ἀλλ᾿ εὐθὺς κακῶς λέγουσι καὶ τὴν Παιδείαν καὶ τοὺς ἐκεῖσε βαδίζοντας, ὡς ταλαίπωροι καὶ ἄθλιοί εἰσι καὶ κακοδαίμονες, οἳ τὸν βίον τὸν παρ᾿ αὐταῖς ἀπολιπόντες κακῶς ζῶσι καὶ οὐκ ἀπολαύουσι τῶν παρ᾿ αὐταῖς ἀγαθῶν.	SENEX. Omnia, inquit, per Jovem, eos comitantur. Ubi vero in primum ambitum ad Voluptatem et Incontinentiam pervenerint; nequaquam se ipsos accusant, sed statim Disciplinam et sectatores illius maledictis incessant, quod ipsi miseri et calamitosi et infelices sint, quoniam ab eorum contubernio defecerunt, et jam male vivunt, et nullis eorum bonis perfruuntur.
[3] Ποῖα δὲ λέγουσιν ἀγαθὰ εἶναι;	HOSPES. Qualia autem illa bona dicunt esse?
Τὴν ἀσωτίαν καὶ τὴν ἀκρασίαν, ὡς εἴποι ἄν τις ἐπὶ κεφαλαίου. τὸ γὰρ εὐωχεῖσθαι βοσκημάτων τρόπον ἀπόλαυσιν μεγίστων ἀγαθῶν ἡγοῦνται εἶναι.	SENEX. Luxuriam, et Intemperantiam, ut aliquis dicat brevi complexus. Gulae enim indulgere pecudum more, et voluptatibus frui, maximorum bonorum fruitionem esse arbitrantur.
XXIX. [1] Αἱ δὲ ἕτεραι γυναῖκες αἱ ἐκεῖθεν παραγινόμεναι ἱλαραί τε καὶ γελῶσαι τίνες καλοῦνται;	29. HOSPES. Aliae vero mulieres, quae illinc cum risu et hilaritate adveniunt, quaenam vocantur?

[2] Δόξαι, ἔφη, καὶ ἀγαγοῦσαι πρὸς τὴν Παιδείαν τοὺς εἰσελθόντας πρὸς τὰς Ἀρετὰς ἀνακάμπτουσιν, ὅπως ἑτέρους ἀγάγωσι, καὶ ἀναγγέλλουσιν, ὅτι εὐδαίμονες ἤδη γεγόνασιν οὓς τότε ἀπήγαγον.	SENEX. Opiniones, inquit, eos ad Discipiinam ducentes, qui ad Virtutes ingressi sunt. Jam autem revertuntur, ut alios adducant, admoneantque illos, esse felicitatem jam consecutos, quos ante adduxerant.
[3] Πότερον οὖν, ἔφην ἐγώ, αὗται εἴσω πρὸς τὰς Ἀρετὰς [οὐκ] εἰσπορεύονται;	HOSPES. Utrum igitur, inquam ego, ipsae intus ad Virtutes ingrediuntur?
[Ἔφη οὔ.] Οὐ γὰρ θέμις Δόξαν εἰσπορεύεσθαι πρὸς τὴν Ἐπιστήμην, ἀλλὰ τῆι Παιδείαι παραδιδόασιν αὐτούς. [4] εἶτα ὅταν ἡ Παιδεία παραλάβηι, ἀνακάμπτουσιν αὗται πάλιν ἄλλους ἄξουσαι, ὥσπερ αἱ νῆες τὰ φορτία ἐξελόμεναι πάλιν ἀνακάμπτουσι καὶ ἄλλων τινῶν γεμίζονται.	SENEX. Nequaquam, inquit. Opinioni enim ad Scientiam introire non licet: sed Disciplinae duntaxat eos tradunt. Quibus a Disciplina susceptis, ipsae posthac denuo alios adducturae revertuntur, earum instar navium, quae depositis oneribus denuo revertuntur, ut aliis mercibus impleantur.
XXX. [1] Ταῦτα μὲν δὴ καλῶς μοι δοκεῖς, ἔφην, ἐξηγεῖσθαι. ἀλλ᾿ ἐκεῖνο οὐδέπω ἡμῖν δεδήλωκας, τί προστάττει τὸ Δαιμόνιον τοῖς εἰσπορευομένοις εἰς τὸν Βίον ποιεῖν.	30. HOSPES. Haec sane, inquam, mihi recte videris disseruisse. Illud autem nobis nondum patefecisti, quidnam Genius vitam ingredientibus imperet faciendum.
[2] Θαρρεῖν, ἔφη. διὸ καὶ ὑμεῖς θαρρεῖτε· πάντα γὰρ ἐξηγήσομαι καὶ οὐδὲν παραλείψω.	SENEX. Bono, inquit, et constanti animo esse. Quapropter vos etiam confidite: omnia enim edissertabo, nihilque praetermittam.
Καλῶς λέγεις, ἔφην ἐγώ.	HOSPES. Recte, inquam ego, loqueris.
[3] Ἐκτείνας οὖν τὴν χεῖρα πάλιν, Ὁρᾶτε, ἔφη, τὴν γυναῖκα ἐκείνην, ἣ δοκεῖ τυφλή τις εἶναι καὶ ἐπὶ λίθου στρογγύλου ἑστάναι, ἣν καὶ ἄρτι ὑμῖν εἶπον ὅτι Τύχη καλεῖται;	SENEX. itaque protensa iterum manu, Videtisne, inquit, mulierem illam, quae caeca esse et rotundo lapidi insistere videtur; quam paullo ante nuncupari Fortunam asserui?
Ὁρῶμεν.	HOSPES. Aspicimus.
XXXI. [1] Ταύτηι κελεύει, ἔφη, μὴ πιστεύειν καὶ βέβαιον μηδὲν νομίζειν μηδὲ ἀσφαλὲς εἶναι, ὅ τι ἂν παρ᾿ αὐτῆς τις λάβηι μηδὲ ὡς ἴδια ἡγεῖσθαι. [2] οὐδὲν γὰρ κωλύει πάλιν ταῦτα ἀφελέσθαι καὶ ἑτέρωι δοῦναι.	31. SENEX. Huic, inquit, imperat non esse credendum, nec quicquam aut stabile aut securum aut proprium existimandum, quod ab ea acceperit. Nihil enim prohibet quin omnia haec auferat, atque alteri tribuat: quippe quae

πολλάκις γὰρ εἴωθε τοῦτο ποιεῖν. καὶ διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν κελεύει πρὸς τὰς παρ᾽ αὐτῆς δόσεις ἴσους γίνεσθαι καὶ μήτε χαίρειν ὅταν διδῶι μήτε ἀθυμεῖν ὅταν ἀφέληται καὶ μήτε ψέγειν αὐτὴν μήτε ἐπαινεῖν. [3] οὐδὲν γὰρ ποιεῖ μετὰ λογισμοῦ, ἀλλ᾽ εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχε πάντα, ὥσπερ πρότερον ὑμῖν ἔλεξα. διὰ τοῦτο οὖν τὸ Δαιμόνιον κελεύει μὴ θαυμάζειν, ὅ τι ἂν πράττηι αὕτη, μηδὲ γίνεσθαι ὁμοίους τοῖς κακοῖς τραπεζίταις. [4] καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ὅταν μὲν λάβωσι τὸ ἀργύριον παρὰ τῶν ἀνθρώπων, χαίρουσι καὶ ἴδιον νομίζουσιν εἶναι, ὅταν δὲ ἀπαιτῶνται, ἀγανακτοῦσι καὶ δεινὰ οἴονται πεπονθέναι, οὐ μνημονεύοντες, ὅτι ἐπὶ τούτωι ἔλαβον τὰ θέματα, ἐφ᾽ ὧι οὐδὲν κωλύει τὸν θέμενον πάλιν κομίσασθαι. [5] ὡσαύτως τοίνυν κελεύει ἔχειν τὸ Δαιμόνιον καὶ πρὸς τὴν παρ᾽ αὐτῆς δόσιν καὶ μνημονεύειν, ὅτι τοιαύτην φύσιν ἔχει ἡ Τύχη, ὥστε ἃ δέδωκεν ἀφελέσθαι καὶ ταχέως πάλιν δοῦναι πολλαπλάσια, αὖθις δὲ ἀφελέσθαι ἃ δέδωκεν, οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ τὰ προϋπάρχοντα. [6] ἃ γοῦν δίδωσι, λαβεῖν κελεύει παρ᾽ αὐτῆς καὶ συντόμως ἀπελθεῖν βλέποντας πρὸς τὴν βεβαίαν καὶ ἀσφαλῆ δόσιν.	saepius id agere consueverit. Quapropter illius etiam muneribus ne viuci patiatur admonet; neque gaudendum, ubi dederit; neque dolendum, ubi abstulerit: eamque postremo neque vituperandam, neque laudandam. Nihil enim cum ratione, sed temere omnia facit ac fortuito, ut antea vobis exposui. Quocirca Genius ille imperat, ut nulla ejus facinora demiremur, neve malos nummularios imitemur. Illi enim, obi argentum ab hominibus acceperint, gaudent, et suum esse arbitrantur: ubi vero repetitur, moleste ferunt, et pessime secum actum putant; non meminerunt enim, ea se conditione depositum accepisse, ut plane liceret ei, qui deposuerat, iterum recipere. Eandem itaque in illius muneribus habendam esse rationem Genius imperat; recordandumque, ejusmodi ingenium esse Fortunae, ut quae dedit, auferat, statimque multiplicia rursus accumulet; deinde vero non his modo, quae dederat, sed his etiam, quae prius exstabant, facultatibus spoliet. Quaecumque igitur dederit, nos accipere ab ea jubet; et his acceptis, sine mora ad stabile securumque donum quaerendum abire.
XXXII. [1] Ποίαν ταύτην; ἔφην ἐγώ.	32. HOSPES. Quale hoc? inquam ego.
Ἢν λήψονται παρὰ τῆς Παιδείας, ἢν διασωθῶσιν ἐκεῖ.	SENEX. Quod a Disciplina accipient, si usque ad eam salvi pervenerint.
Αὕτη οὖν τίς ἐστιν;	HOSPES. Hoc ergo donum quodnam est?
[2] Ἡ ἀληθὴς ἐπιστήμη τῶν συμφερόντων, ἔφη, καὶ ἀσφαλὴς δόσις καὶ βεβαία καὶ ἀμεταμέλητος. [3] φεύγειν οὖν κελεύει συντόμως πρὸς ταύτην, καὶ ὅταν ἔλθωσι πρὸς τὰς γυναῖκας ἐκείνας, ἃς καὶ πρότερον εἶπον ὅτι Ἀκρασία καὶ Ἡδυπάθεια καλοῦνται, καὶ ἐντεῦθεν κελεύει συντόμως	SENEX. Vera, inquit, scientia utilium rerum, securumque donum, et stabile, et immutabile. Quocirca statim ad hanc confugere jubet. Quum vero ad illas mulieres accesserint, quas antea dixi Voluptatem et Incontinentiam nuncupari, illinc quoque actutum esse discedendum

ἀπαλλάττεσθαι καὶ μὴ πιστεύειν μηδὲ ταύταις μηδέν, ἕως ἂν πρὸς τὴν Ψευδοπαιδείαν ἀφίκωνται. [4] κελεύει οὖν αὐτοῦ χρόνον τινὰ ἐνδιατρῖψαι καὶ λαβεῖν ὅ τι ἂν βούλωνται παρ᾽ αὐτῆς ὥσπερ ἐφόδιον, εἶτα ἐντεῦθεν ἀπιέναι πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν συντόμως. [5] ταῦτά ἐστιν ἃ προστάττει τὸ Δαιμόνιον. ὅστις τοίνυν παρ᾽ αὐτά τι ποιεῖ ἢ παρακούει, ἀπόλλυται κακὸς κακῶς.	imperat, ac ne his quidem fidem esse adhibendam. At quando ad Falsam Disciplinam pervenerint, tum igitur aliquantisper immorari eos, et quicquid libuerit, ab ea tanquam viaticum accipere jubet; ac demum postea illinc abscedere, rectaque ad Veram Disciplinam pervenire. Hoc illud est quod a Genio praecipitur. Cui si quis aut contrarius aut minus obediens fuerit, miser miserrime moritur.
XXXIII. [1] Ὁ μὲν δὴ μῦθος, ὦ ξένοι, ὁ ἐν τῶι πίνακι τοιοῦτος ἡμῖν ἐστιν. εἰ δὲ δεῖ τι προσπυθέσθαι περὶ ἑκάστου τούτων, οὐδεὶς φθόνος· ἐγὼ γὰρ ὑμῖν φράσω.	33. Istiusmodi sane fabula est, hospites, quae in tabula continetur. Vobis autem nihil invideo, si quid ulterius interrogare ac perscrutari vultis: ego vobis exponam.
[2] Καλῶς λέγεις, ἔφην ἐγώ. ἀλλὰ τί κελεύει αὐτοὺς τὸ Δαιμόνιον λαβεῖν παρὰ τῆς Ψευδοπαιδείας;	HOSPES. Benigne dicis, inquam ego. Ceterum quid eos capere a Falsa Disciplina Genius imperat?
Ταῦτα ἃ δοκεῖ εὔχρηστα εἶναι.	SENEX. Quae bona et conducibilia esse videantur.
Ταῦτ᾽ οὖν τίνα ἐστί;	HOSPES. Haec igitur quaenam sunt?
[3] Γράμματα, ἔφη, καὶ τῶν ἄλλων μαθημάτων ἃ καὶ Πλάτων φησὶν ὡσανεὶ χαλινοῦ τινος δύναμιν ἔχειν τοῖς νέοις, ἵνα μὴ εἰς ἕτερα περισπῶνται.	SENEX. Litterae, inquit, et ex reliquis artibus quae a Platone traduntur veluti vim freni cujuspiam in coercendis adolescentibus obtinere, ut ne ad aliena distrahantur.
[4] Πότερον δὲ ἀνάγκη ταῦτα λαβεῖν, εἰ μέλλει τις ἥξειν πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν; ἢ οὔ;	HOSPES. Utrum vero ea capere omnino necesse est, si quis ad Veram Dinciplinam sit perventurus, necne?
Ἀνάγκη μὲν οὐδεμία, ἔφη, χρήσιμα μέντοι ἐστὶ πρὸς τὸ συντομωτέρως ἐλθεῖν. πρὸς δὲ τὸ βελτίους γενέσθαι οὐδὲν συμβάλλεται ταῦτα.	SENEX. Nihil, inquit, necesse est; sed alioquin utilia sunt, tametsi ad reddendos homines meliores viros nihil sunt.
[5] Οὐδὲν ἄρα, ἔφην, λέγεις ταῦτα χρήσιμα εἶναι πρὸς τὸ βελτίους γενέσθαι ἄνδρας;	HOSPES. Nihil ergo affirmas haec esse utilia ad meliores viros efficiendos?

Ἔστι γὰρ καὶ ἄνευ τούτων βελτίους γενέσθαι, ὅμως δὲ οὐκ ἄχρηστα κἀκεῖνά ἐστιν. [6] ὡς γὰρ δι᾽ ἑρμηνέως συμβάλλομεν τὰ λεγόμενά ποτε, ὅμως μέντοι γε οὐκ ἄχρηστον ἦν ἡμᾶς καὶ αὐτοὺς τὴν φωνὴν εἰδέναι, ἀκριβέστερον γὰρ ἄν τι συνήκαμεν, οὕτω καὶ ἄνευ τούτων τῶν μαθημάτων οὐδὲν κωλύει [βελτίους] γενέσθαι	SENEX. Nihil: licet enim profecto sine his etiam meliores fieri: illa tamen etiam non inutilia sunt. Quemadmodum enim, quae aliquando pronunciantur, per interpretem conjicimus, quum alioquin non inutile fuerit nos etiam ipsos, si quid percepimus, voce ac lingua disertiore prosequi. Ita sine his etiam artibus fieri meliores nihil prohibebit.
XXXIV. [1] Πότερον οὖν οὐδὲ προέχουσιν οὗτοι οἱ μαθηματικοὶ πρὸς τὸ βελτίους γενέσθαι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων;	34. HOSPES. Nunquid hi, qui litteris imbuti sunt ad meliores quam alii sint homines efficiendos nihil excellunt?
[2] Πῶς [γὰρ] μέλλουσι προέχειν, ἐπειδὰν φαίνωνται ἠπατημένοι περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι καὶ ἔτι κατεχόμενοι ὑπὸ πάσης κακίας; [3] οὐδὲν γὰρ κωλύει εἰδέναι μὲν γράμματα καὶ κατέχειν τὰ μαθήματα πάντα, ὁμοίως δὲ μέθυσον καὶ ἀκρατῆ εἶναι καὶ φιλάργυρον καὶ ἄδικον καὶ προδότην καὶ τὸ πέρας ἄφρονα.	SENEX. Et quonam pacto excellere poterunt, qui nihilominus quam alii in bonorum et malorum cognitione decepti, etiam omnibus vitiis implicati videantur? Nihil enim prohibet eum qui litteris eruditus ac disciplinis omnibus fuerit institutus, itidem ebrium et intemperantem, et avarum et injustum, et proditorem, ac postremo insipientem esse.
[4] Ἀμέλει πολλοὺς τοιούτους ἔστιν ἰδεῖν.	HOSPES. Multos profecto ejusmodi videre licet.
Πῶς οὖν οὗτοι προέχουσιν, ἔφη, εἰς τὸ βελτίους ἄνδρας γενέσθαι ἕνεκα τούτων τῶν μαθημάτων;	SENEX. Quare igitur fieri potest, inquit, ut per disciplinas illi viri meliores evadant?
XXXV. [1] Οὐδαμῶς φαίνεται ἐκ τούτου τοῦ λόγου. ἀλλὰ τί ἐστιν, ἔφην ἐγώ, τὸ αἴτιον, ὅτι ἐν τῶι δευτέρωι περιβόλωι διατρίβουσιν ὥσπερ ἐγγίζοντες πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν;	35. HOSPES. Nequaquam apparet, ex hoc ratione. Sed quaenam est causa, inquam ego, cur in secundo ambitu versentur, tanquam Verae Disciplinae appropinquantes?
[2] Καὶ τί τοῦτο ὠφελεῖ αὐτούς, ἔφη, ὅτε πολλάκις ἔστιν ἰδεῖν παραγινομένους ἐκ τοῦ πρώτου περιβόλου ἀπὸ τῆς Ἀκρασίας καὶ τῆς ἄλλης Κακίας εἰς τὸν τρίτον περίβολον πρὸς τὴν Παιδείαν τὴν ἀληθινήν, οἳ τούτους τοὺς μαθηματικοὺς παραλλάττουσιν; ὥστε	SENEX. Et quid hoc, inquit, illis emolumenti affert quum saepe liceat animadvertere de primo ambitu initium, ab Incontinentia et reliquis Vitiis ad Veracem Disciplinam pervenientes, qui hos eruditos praetergrediuntur. Quare

πῶς ἔτι προέχουσιν ἄρα, εἰ ἀκινητότεροι ἢ δυσμαθέστεροί εἰσι;	quonam modo praestant ceteris? nisi forte nimis indociles aut durioris ingenii sunt.
[3] Πῶς τοῦτο; ἔφην ἐγώ.	HOSPES. Cur hoc? inquam ego.
Ὅτι οἱ [μὲν] ἐν τῶι πρώτωι περιβόλωι ......, [οἱ δ᾽ ἐν τῶι δευτέρωι περιβόλωι,] εἰ μηδὲν ἄλλο, ὃ προσποιοῦνταί γε ἐπίστασθαι οὐκ οἴδασιν. ἕως δ᾽ ἂν ἔχωσι ταύτην τὴν δόξαν, ἀκινήτους αὐτοὺς ἀνάγκη εἶναι πρὸς τὸ ὁρμᾶν πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν. [4] εἶτα τὸ ἕτερον οὐχ ὁρᾶις, ὅτι καὶ αἱ Δόξαι ἐκ τοῦ πρώτου περιβόλου εἰσπορεύονται πρὸς αὐτοὺς ὁμοίως; ὥστε οὐδὲν οὗτοι ἐκείνων βελτίους εἰσίν, ἐὰν μὴ καὶ τούτοις συνῆι ἡ Μεταμέλεια καὶ πεισθῶσιν, ὅτι οὐ παιδείαν ἔχουσιν, ἀλλὰ ψευδοπαιδείαν, δι᾽ ἣν ἀπατῶνται. [5] οὕτω δὲ διακείμενοι οὐκ ἄν ποτε σωθεῖεν. καὶ ὑμεῖς τοίνυν, ὦ ξένοι, ἔφη, οὕτω ποιεῖτε καὶ ἐνδιατρίβετε τοῖς λεγομένοις, μέχρι ἂν ἕξιν λάβητε. ἀλλὰ περὶ τῶν αὐτῶν πολλάκις δεῖ ἐπισκοπεῖν καὶ μὴ διαλείπειν, τὰ δ᾽ ἄλλα πάρεργα ἡγήσασθαι. εἰ δὲ μή, οὐδὲν ὄφελος ὑμῖν ἔσται ὧν νῦν ἀκούετε.	SENEX. Quoniam in secundo ambitu sunt, ut nihil aliud, aliud certe peccant, quod ea se scire profitentur quae nesciunt. Cujus sententiae quoad fuerint, ipsos ad Veracem Disciplinam nihil omnino promoveri necesse est. Illud praeterea nonne vides, quod Opiniones etiam de primo ambitu ad eos similiter ingrediuntur? Quo fit, ut illis hi nihilo meliores exsistant; nisi ad hos itidem Poenitentia accedat, sibique persuadeant; se non Disciplinam, sed Falsam Disciplinam attigisse, per quam decipiantur. Qui ita affecti sunt, salvi esse non unquam poterunt. Neque vos poteritis, hospites, nisi hoc agatis et perseveretis in iis quae diximus usque dum habitum eorum ceperitis. Quin immo de his ipsis saepenumero considerandum est, et nihil intermittendum: sed reliqua praeter rem existimanda. Alioquin nulla eorum, quae nunc auditis, utilitas erit.
XXXVI. [1] Ποιήσομεν. τοῦτο δὲ ἐξήγησαι, πῶς οὐκ ἔστιν ἀγαθά, ὅσα λαμβάνουσιν οἱ ἄνθρωποι παρὰ τῆς Τύχης, οἷον τὸ ζῆν, τὸ ὑγιαίνειν, τὸ πλουτεῖν, τὸ εὐδοκιμεῖν, τὸ τέκνα ἔχειν, τὸ νικᾶν καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσια; [2] ἢ πάλιν τὰ ἐναντία πῶς οὐκ ἔστι κακά; πάνυ γὰρ παράδοξον ἡμῖν καὶ ἄπιστον δοκεῖ τὸ λεγόμενον.	36. HOSPES. Ita faciemus. Illud autem explica, cur bona non sint ea, quae homines a Fortuna percipiunt, sicuti vita, sanitas, divitiae, gloria, liberi, victoriae, et reliqua his similia: rursusque his opposita cur mala non sint valde enim praeter rationem et incredibile hoc nobis videtur.
Ἄγε τοίνυν, ἔφη, πειρῶ ἀποκρίνασθαι τὸ φαινόμενον περὶ ὧν ἄν σε ἐρωτῶ.	SENEX. Age itaque, inquit, enitere, ut, quod sentias de quibus a me interrogaberis, respondeas.
[3] Ἀλλὰ ποιήσω τοῦτο, ἔφην ἐγώ.	HOSPES. Atque hoc, inquam, ego faciam facile.

Πότερον οὖν, ἐὰν κακῶς τις ζῆι, ἀγαθὸν ἐκείνωι τὸ ζῆν;	SENEX. Utrum igitur, si male quispiam vivat, vivere illi bonum censes?
Οὔ μοι δοκεῖ, ἀλλὰ κακόν, ἔφην ἐγώ.	HOSPES. Non bonum; sed malum, inquam ego, mihi videtur.
Πῶς οὖν ἀγαθόν ἐστι τὸ ζῆν, ἔφη, εἴπερ τούτωι ἐστὶ κακόν;	SENEX. Quonam igitur pacto vivere per se bonum est, inquit, siquidem huic homini malum est?
[4] Ὅτι τοῖς μὲν κακῶς ζῶσι κακόν μοι δοκεῖ εἶναι, τοῖς δὲ καλῶς ἀγαθόν.	HOSPES. Quia male viventibus, malum; bene autem, bonum esse mihi videtur.
Καὶ κακὸν ἄρα λέγεις τὸ ζῆν καὶ ἀγαθὸν εἶναι;	SENEX. Ipsum igitur vivere et malum et bonum esse contendis?
Ἔγωγε.	HOSPES. Ego, inquam.
XXXVII. [1] Μὴ οὖν ἀπιθάνως λέγε. ἀδύνατον τὸ αὐτὸ πρᾶγμα κακὸν καὶ ἀγαθὸν εἶναι. τοῦτο μὲν γὰρ καὶ ὠφέλιμον καὶ βλαβερὸν ἂν εἴη καὶ αἱρετὸν καὶ φευκτὸν τὸ αὐτὸ πρᾶγμα ἀεί.	37. SENEX. Absit itaque ut tam absurde loquaris. Neque enim fieri potest ut eadem res malum pariter, ac bonum sit. Ita enim et utile et perniciosum, et eligendum et fugiendum simul idem semper foret.
[2] Ἀπίθανον μέν. ἀλλὰ πῶς οὐχὶ τὸ κακῶς ζῆν, ὧι ἂν ὑπάρχηι, κακόν τι αὐτῶι ὑπάρχει; οὐκοῦν εἰ κακόν τι ὑπάρχει αὐτῶι, κακὸν αὐτὸ τὸ ζῆν ἐστιν.	HOSPES. Incredibile quidem est: sed quonam pacto, si, cui male vivere contingat, eidem quoque malum contingat, ipsum vivere malum non est?
Ἀλλ᾽ οὐ ταὐτό, ἔφη, ὑπάρχει τὸ ζῆν καὶ τὸ κακῶς ζῆν. ἢ οὔ σοι φαίνεται;	SENEX. Atqui vivere, et male vivere, sub eodem non censetur. Nunquid non ita tibi videtur?
Ἀμέλει οὐδ᾽ ἐμοὶ δοκεῖ ταὐτὸ εἶναι.	HOSPES. Profecto, idem esse, ne mihi quidem videtur.
[3] Τὸ κακῶς τοίνυν ζῆν κακόν ἐστι, τὸ δὲ ζῆν οὐ κακόν. ἐπεὶ εἰ ἦν κακόν, τοῖς ζῶσι καλῶς κακὸν ἂν ὑπῆρχεν, ἐπεὶ τὸ ζῆν αὐτοῖς ὑπῆρχεν, ὅπερ ἐστὶ κακόν.	SENEX. Itaque male vivere, malum est; vivere autem per se, non malum est: nam si malum esset, malum utique etiam bene viventibus esset; quia, quod per se malum est, ipsum vivere illis adesset.
Ἀληθῆ μοι δοκεῖς λέγειν.	HOSPES. Vera mihi dicere videris.

XXXVIII. [1] Ἐπεὶ τοίνυν ἀμφοτέροις συμβαίνει τὸ ζῆν, καὶ τοῖς καλῶς ζῶσι καὶ τοῖς κακῶς, οὐκ ἂν εἴη οὔτε ἀγαθὸν εἶναι τὸ ζῆν οὔτε κακόν· ὥσπερ οὐδὲ τὸ τέμνειν καὶ καίειν ἐν τοῖς ἀρρωστοῦσίν ἐστι νοσερὸν καὶ ὑγιεινόν, ἀλλὰ τὸ πῶς τέμνειν, οὐκοῦν οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ζῆν οὐκ ἔστι κακὸν αὐτὸ τὸ ζῆν ἀλλὰ τὸ κακῶς ζῆν.	38. SENEX. Quoniam igitur et male et bene viventibus vivere ipsum contingit; neque bonum neque malum else ipsum vivere confirmatur: sicuti nee secare atque urere in aegrotantibus per se morbosum aut salubre est: sic res se habet in ipso etiam vivere.
[2] Ἔστι ταῦτα.	HOSPES. Ita res est.
Εἰ τοίνυν οὕτως [ἔχει], θεώρησον, πότερον ἂν βούλοιο ζῆν κακῶς ἢ ἀποθανεῖν καλῶς καὶ ἀνδρείως.	SENEX. Tu itaque sic considera. Utrum male vivere an potius honeste ac generose mori cupias?
Ἀποθανεῖν ἔγωγε καλῶς.	HOSPES. Honeste, inquam ego, potius mori.
[3] Οὐκοῦν οὐδὲ τὸ ἀποθανεῖν κακόν ἐστιν, εἴπερ αἱρετώτερόν ἐστι πολλάκις τὸ ἀποθανεῖν τοῦ ζῆν.	SENEX. Quocirca ne mori quidem est malum, si quidem emori quam vivere saepe est eligibilius.
Ἔστι ταῦτα.	HOSPES. Ita se res habet.
[4] Οὐκοῦν ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ ὑγιαίνειν καὶ νοσεῖν. πολλάκις γὰρ οὐ συμφέρει ὑγιαίνειν, ἀλλὰ τοὐναντίον, ὅταν ἦι περίστασις τοιαύτη.	SENEX. Eadem est ratio de sanitate et infirmitate. Saepius enim, sanum esse non confert, verum contra, quum ita res tulerit.
Ἀληθῆ λέγεις.	HOSPES. Vera dicis.
XXXIX. [1] Ἄγε δὴ σκεψώμεθα καὶ περὶ τοῦ πλουτεῖν οὕτως, εἴγε θεωρεῖν ἔστιν – ὡς πολλάκις ἔστιν ἰδεῖν – ὑπάρχοντά τινι πλοῦτον, κακῶς δὲ ζῶντα τοῦτον καὶ ἀθλίως.	39. SENEX. Age vero, de divitiis ita consideremus: siquidem multos intueri saepenumero licet divitiis affluentes, pessime tamen ac miserrime viventes.
Νὴ Δία, πολλούς γε.	HOSPES. Multos, per Jovem.
[2] Οὐκοῦν οὐδὲν τούτοις ὁ πλοῦτος βοηθεῖ εἰς τὸ ζῆν καλῶς;	SENEX. Quapropter ad bene vivendum nihil illis divitiae prosunt?
Οὐ φαίνεται· αὐτοὶ γὰρ φαῦλοί εἰσιν.	HOSPES. Non videtur: ipsi enim improbi sunt.

[3] Οὐκοῦν τὸ σπουδαίους εἶναι οὐχ ὁ πλοῦτος ποιεῖ, ἀλλὰ ἡ Παιδεία.	SENEX. Non divitiae igitur, sed Disciplina, probos ac studiosos efficit.
Εἰκός γε.	HOSPES. Ita sane hac argumentatione comprobatum est.
Ἐκ τούτου ἄρα τοῦ λόγου οὐδὲ ὁ πλοῦτος ἀγαθόν ἐστιν, εἴπερ οὐ βοηθεῖ τοῖς ἔχουσιν αὐτὸν εἰς τὸ βελτίους εἶναι.	SENEX. Ubi autem bonae sunt ipsae divitiae, si ad meliores efficiendos possessores suos nihil adjuvant?
Φαίνεται οὕτως.	HOSPES. Ita prorsus apparet.
[4] Οὐδὲ συμφέρει ἄρα ἐνίοις πλουτεῖν, ὅταν μὴ ἐπίστωνται τῶι πλούτωι χρῆσθαι.	SENEX. Quibusdam ergo divitias habere non confert, ubi divitiis uti nesciunt.
Δοκεῖ μοι.	HOSPES. Mihi ita videtur.
Πῶς οὖν τοῦτο ἄν τις κρίνοι ἀγαθὸν εἶναι, ὃ πολλάκις οὐ συμφέρει ὑπάρχειν;	SENEX. Quomodo igitur bonum esse id aliquis judicabit, quod saepe non possidere satius est?
[5] Οὐδαμῶς.	HOSPES. Nullatenus.
Οὐκοῦν εἰ μέν τις ἐπίσταται τῶι πλούτωι χρῆσθαι καλῶς καὶ ἐμπείρως, εὖ βιώσεται, εἰ δὲ μή, κακῶς.	SENEX. Si quis igitur recte ac prudenter divitiis uti noverit, bene ac feliciter vivet; si secus, male atque infeliciter.
Ἀληθέστατά μοι δοκεῖς τοῦτο λέγειν.	HOSPES. Verissime dicere hoc mihi videris.
XL. [1] Καὶ τὸ σύνολον δέ, ἔστι τὸ τιμᾶν ταῦτα ὡς ἀγαθὰ ὄντα ἢ ἀτιμάζειν ὡς κακά, τοῦτο δέ ἐστι τὸ ταράττον τοὺς ἀνθρώπους καὶ βλάπτον, ὅτι ἐὰν τιμῶσιν αὐτὰ καὶ οἴωνται διὰ τούτων μόνων εἶναι τὸ εὐδαιμονεῖν, [καὶ] πάνθ᾿ ὑπομένουσι πράττειν ἕνεκα τούτων καὶ τὰ ἀσεβέστατα καὶ τὰ αἰσχρότατα δοκοῦντα εἶναι οὐ παραιτοῦνται. [2] ταῦτα δὲ πάσχουσι διὰ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἄγνοιαν. ἀγνοοῦσι γὰρ ὅτι οὐ γίνεται ἐκ κακῶν ἀγαθόν. [3] πλοῦτον δὲ ἔστι πολλοὺς κτησαμένους ἰδεῖν ἐκ κακῶν καὶ αἰσχρῶν ἔργων, οἷον λέγω ἐκ τοῦ	40 SENEX. Summa vero totius est rei, dum haec aut tamquam bona expetuntur, aut tamquam mala despiciuntur: neque aliud est, quod aeque hominibus aut perturbationem aut detrimentum afferat, quam quum honoribus afficiuntur, et in solis divitiis consistere felicitatem arbitrantar; consequenterque nullum earum rerum gratia, quamvis impium et flagitiosum, facinus esse recusandum. Haec vero propter ipsam veri boni ignorantiam patiuntur. lllud enim ignorant, bonum ex malo fieri nequaquam. Multos autem videre licet in divitiarum possessionem ex pessimis ac turpissimis facinoribus devenisse, veluti

προδιδόναι καὶ ληΐζεσθαι καὶ ἀνδροφονεῖν καὶ συκοφαντεῖν καὶ ἀποστερεῖν καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν καὶ μοχθηρῶν.	proditionibus, de praedationibus, homicidiis, calumniis, rapinis, aliisque compluribus et pravis operibus.
Ἔστι ταῦτα.	HOSPES. Ita res est.
XLI. [1] Εἰ τοίνυν γίνεται ἐκ κακοῦ ἀγαθὸν μηδέν, ὥσπερ εἰκός, πλοῦτος δὲ γίνεται ἐκ κακῶν ἔργων, ἀνάγκη μὴ εἶναι ἀγαθὸν τὸν πλοῦτον.	41. SENEX. Si igitur, ut par est, ex malo bonum nullam provenit, divitiae vero ex malis facinoribus proveniunt divitias nequaquam bonum esse necesse est.
Συμβαίνει οὕτως ἐκ τούτου τοῦ λόγου.	HOSPES. Sic ex isto sermone colligitur.
[2] Ἀλλ᾽ οὐδὲ τὸ φρονεῖν γε οὐδὲ δικαιοπραγεῖν οὐκ ἔστι κτήσασθαι ἐκ κακῶν ἔργων, ὡσαύτως δὲ οὐδὲ τὸ ἀδικεῖν καὶ ἀφρονεῖν ἐκ καλῶν ἔργων, οὐδὲ ὑπάρχειν ἅμα τῶι αὐτῶι δύναται. [3] πλοῦτον δὲ καὶ δόξαν καὶ τὸ νικᾶν καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα τούτοις παραπλήσια οὐδὲν κωλύει ὑπάρχειν τινὶ ἅμα μετὰ κακίας πολλῆς. ὥστε οὐκ ἂν εἴη ταῦτα ἀγαθὰ οὔτε κακά, ἀλλὰ τὸ φρονεῖν μόνον ἀγαθόν, τὸ δὲ ἀφρονεῖν κακόν.	SENEX. Ceterum, ne sapientia quidem et justitia ex malis operibus acquiri potest; neque itidem injustitia et insipientia ex bonis: siquidem ipsa eadem simul in eodem consistere non possunt. Divitias vero et gloriam et victorias, et reliqua id genus, simul cum multa pravitate cuiquam contingere nihil prohibet. Quapropter haec neque bona neque male censeantur. Ceterum sapientia duntaxat bonum, insipientia vero malum.
[4] Ἱκανῶς μοι δοκεῖς λέγειν, ἔφην.	HOSPES. Sufficienter mihi dicere videris.
Finis latine ex editione Friderici Drohsin, Lipsiae 1871: Finis graece non extat. Latinam versionem paraphrasis Arabicae ab Elichmanno confectam nonnullis locis commutare visum est ea, quae ab anonymo editioni Meirianae Snecanis notis instructae adjuncta est. (F. D.)	

Et profligavimus eam opinionem, qua illa a pravis actionibus esse creduntur. XLII. *Senex.* Utique multum hoc est et idem atque illud, quod diximus, talia neque bona neque mala esse, idque eo magis, quod, si ea ex solis actionibus pravis provenirent, essent mala tantummodo. Sed ab utroque genere omnia proficiscuntur ideoque diximus ea nec bona esse nec mala, sicuti somnus et vigilia nec bona sunt, nec mala. Et similiter, mea quidem sententia, ambulare et sedere et reliqua, quae accidunt unicuique eorum, qui aut intelligentes sunt, aut ignorantes. Quae autem propria sunt alterutri, eorum alterum bonum, alterum malum est; sicuti tyrannis et justitia, quae duae res accidunt uni aut alteri; idque quia justitia perpetuo adhaeret intelligentia praeditis, et tyrannis nullos nisi ignorantes comitatur. Nec enim fieri potest, id quod supra diximus, ut uni eidemque uno eodemque temporis momento res duae ad istum modum se habentes accidant, ita ut homo unus idemque eodem temporis momento sit dormiens et vigilans utque sit sapiens et ignarus simul, aut aliud quidlibet eorum, quae parem rationem habent. *Hospes.* Ad haec ego: Toto hoc, inquam, sermone rem omnem te jam absolvisse autumo. XLIII. *Senex.* Haec autem omnia, inquit, ego dico procedere ab illo principio vere divino. *Hospes.* At quodnam illud est, inquam, quod tu innuis? *Senex.* Vita et mors, inquit, sanitas et aegritudo, divitiae et paupertas ac cetera,	

quae nec bona nec mala esse diximus, accidunt plerisque hominibus a non malo. *Hospes.* Plane conjicimus, inquam, id necessario ex hoc sermone sequi, talia nec bona nec mala esse, ita tamen, ut haud firmus sim in judicio de istis. *Senex.* Hoc fit, inquit, ideo, quod longe abs te abest habitus ille, quo eam sententiam animo concipias. Itaque rerum usum, quem paulo ante vobis indicavi, toto vitae vestrae curriculo persequimini, ut ea quae vobis diximus infigantur animis vestris eaque re vobis accedat habitus. Si autem dubitaveritis de aliqua re, revertimini ad me, ut explicem vobis ea de re, quibus dubitatio a vobis discedat.	